Arguitur Esse diuinū non ꝯuenit re bus naturalibus. sed ꝯue nit solū rebus spūalibus habentibꝰ intellectū. er go male dicit ꝙ forma sit qd̄dā diuinū. q2 forma nō habet intellectū. et sic nō diligit nec amat deū ¶ D̄m ꝙ diuinū accipit duplr. Vno mō eēntia liter ꝑm ꝙ illud est diuinū qd̄ est deus. et sic nul la res creata pt̄ dici diuina ꝟ dicimꝰ ꝙ sūt tres ꝑsone diuine q̄ sunt ipsemet deus. Alio mō dicit aliquid diuinū ꝑm ꝑticipatōnem. q2 scz ꝑticipat dīm. et h° ꝯtingit duplr q2 vl ꝑticipat dīm ꝑz na turā vt scz q2 ꝑticipat aliquid de diuina natura p silitudinē. et sic forma d̄r qd̄dam diuinū. quia natura diuina est purus actus. cū ergo forma sit actus pt̄ dici qd̄dam diuinū. Alio mō d̄r aliquid diuinū q2 ꝑticipat dīm ꝑm ꝯgnitōem et amorem et sic sola creatura intellectualis pōt dici diuina. q̄a illa sola pt̄ ꝑticipare dīm ꝑm cognitionē suā.

¶ Explicit primus phisicorum.



Orum que sunt alia quidem sunt natura

Postq̄ Aresto. in p̄mo libro determinauit de p̄n cipijs rerū naturaliū. Hic ꝯñter in scđo determinat de p̄ncipijs scīe nāalis scʒ de causis p se et p accn̄s. Et rō ordinis ē. q2 est duplex rō habitudinis p̄ncipiorum. q2 cū ordinant p̄ncipia ad subiectū qđ intrinsece ꝯstituūt. et sic de p̄ncipijs determiatū ē in p̄mo libro. Alio° cōpant p̄ncipia ad passiones q̄s ꝯstituūt extrinsece in genere cause efficiētis. ⁊ sic determinat in scđo libro de p̄ncipijs q2 g° p̄ncipia compant prius penes hītudinē ad subiectum qđ ꝯstituūt intrinsece q̄ ad passiōes quas demonstrant ideo primus liber precedit secundum.

Queritur Quare Aresto. determinat in hoc scđo d̄ q̄tuor causis et in primo determinat tantum de duabus.

Dicendum q̄ in primo libro huius determinatur de principijs ꝯstitutionis rerū naturaliū. sed in scđo determinat de p̄ncipijs cognitōnis rerū nāaliū. ꝫ solū due cause ꝯcurrūt ad ꝯstitutōem et oēs q̄tuor cause ad ꝯgnitionē. g° in p̄mo libro determinat de duabꝰ causis. et in scđo de quatuor. Ex isto etiā soluit quare determinando de causis nō dicat aliq̄d de priuatōe in hoc scđo. q2 p̄uatio nō manet in re facta. et iō ex priuatōe nihil cognoscit. Volens āt aresto. determinare de principijs scientie. determinat de eis que oportet ꝯgnoscere in scīa. et sunt duo scʒ subiectū et mediū demonstrādi siue principiū. Diuidit ergo ex hoc iste liber in duas p̄tes. In p̄ma determiat de subiecto id est de quibꝰ est ꝯsideratio nāalis phīe. quia de rebus naturalibꝰ ⁊ occasione illius diffinit naturam. Scđa p̄s est de causis ex quibus demōstrat que sunt sicut mediū scientie.

Queritur Quare Aresto. ponit hic diffinitionem nature.

Dicendū q̄ ideo. quia intendit dicere q̄ ista scientia determinat de rebus naturalibꝰ. et ideo ponit drñam inter mathematicū et phisicū. ꝫ res naturales sunt in se hn̄tes naturā. ergo oportet prius cognoscere quid sit nāa. Primo ergo inuestigat diffinitōem nature. scđo diuidit eā. Inuestigat ergo diffinitionem nature per vnam diuisionem que est ista. Eorum que sunt. quedam sunt a nāa. alia p̄pt alias causas scʒ ab arte. Et primo exemplificat de p̄mis. secundo ponit drñam inter ea. et dicit primo q̄ animalia quecūq3 et partes ip̄orum animalium et plante et simplicia corpora sicut terra ignis aqua et aer sunt a natura. Deinde ponit drñam inter illa q̄ sūt a natura et ab arte. Et vult q̄ illa que sūt a natura habent intra se principium motus et quietis. quandoq3 ꝫm locum vt cōpora celestia. qn̄q3 ꝫm augmentum ⁊ decrementum vt plante ⁊ vegetabilia. qn̄q3 ꝫm alterationem. vt elementa et elementata. sed artificialia non habent intra se principia suorum motuū. quia lectulus et indumētum et quecunq3 ꝫm artem facta non habent intra se principiū motus inq̄ntum artificialia sunt sed habent principium motus in artifice ad cuiꝰ voluntatē sic artificialia formant. et si habeant motum ille conuenit eis ꝫm q̄ habent in se aliquod naturale. sicut lectulus mouetur deorsum inq̄ntum lignum. et lignum est aliquod naturale. Ex quo ꝯcludit diffinitionem nature. et vult q̄ si illa differentia sit vera tunc nāa erit principium et causa mouendi et quiescendi eius in quo est primū p se et non ꝫm accidens.

Arguitur Omnia naturalia et omnia creata fiunt ab arte. ergo ista diuisio non est bene posita. Probatur. q2 mix fiunt per voluntatem liberam scilicet diuinam. Dicendum q̄ duplex est ars scilicet diuina et humana. Tunc ad argumentum dicendum est q̄ omnia naturalia ymmo omnia creata fiunt ab arte diuina. quia fiunt per liberam dei voluntatē. et nō fiunt ex nāali origine sicut

quidam phi falfe dixerant. Alio mō accipit ars p arte humana·et fic capit in textu· Cuius rō est quia illa que fiunt ab arte diuina fiūt etiam p causas naturales et iō etiā dicūtur naturalia·ſ que fiūt ab arte humana inquātū hmōi fiunt sine causis naturalibus et iō fiūt solū ab arte et nō a natura·

Arguitur Illa que fiūt a casu et fortuna nō fiūt a natā nec ab arte·ergo etc· Dōm q̄ dupliciē aliquid fit ab alio· Uno mō p se et sic est verū q̄ casualia et fortuita nō fiūt ab arte nec a natura· Alio mō aliquid fit ab alio p accñs·et sic casualia fiunt a natura·et fortuita ab arte·sicut infra patebit·

Dico autem non secū

Hic cōnter Aresto·exponit vltimā pticulā·s· et nō sm accñs·et vult q̄ alicui posset apparere q̄ ars esset natura·quia ars est principiū mouēdi id in quo est·sicut ars medicine in medico est principium sanationis suipsius·et sanatio est motus· ergo ars medicine videtur esse natura· Sed aresto·vult q̄ excludat p vltimā pticulam scʒ et nō sm accñs· Circa qd sciendum q̄ illud est principium mouendi alicuius p se quod semp inuenitur in eo quod mouetur·exempli grā· principiū mouens sursum p se est leuitas· Quia aūt ars medicine nō semp inuenit in eo qd sanatur·sic ars medicine non est principiū sanationis p se sed per accidens·

Est igitur natura quod

Hic Aresto·ponit drñam inter naturā habēs naturam et sm naturam.quia natura est principium mouendi sicut dictum est· habens naturam est qd habet in se hoc principiū sicut totum compositum· Scdm naturam dicitur aliqua passio consequēs p se entia naturalia· et ideo dicit sm quasi sequundū a sequor quasi sequens naturā· exempli gratia·in lapide forma lapidis est natura lapidis·cōpōs siue substantia lapidis est habens naturā·et grauitas lapidis est sm naturā

Arguitur Materia est habens naturā et est natura·ergo sunt idem hñs naturā et natura· Añs pbat·qz materia habet formā que est natura Dōm q̄ dupliciter dicit aliquid alterum habere· Uno mō sicut materia habet formā·et qd sic habet naturā non dicit hic habens naturam· Alio mō aliquid habet alterum sicut totū habet ptes· sicut homo dicit habere corpus et aīam·et qd sic habet naturā hic dicit hñs naturā· Per hoc ergo dr̄ q̄ materia nō habet formā sicut totū habet formā sed sicut ps habet formam·

Quod autem est natura

Hic excludit Aresto·errorem aliquoꝝ volentium demonstrare naturā esse·et ex hoc soluit vnā tacitam obiectionē· Quia obijci posset· questio an est psupponit ad questionē qd ē·ergo prius fuisset quesitū an esset natura antq̄ fuisset data diffinitio nature· Rñdit aresto·q̄ nō oportet inuestigari de natura an est·qz ridiculū est temptare demōstrare naturā esse· Cuius rō est·qz ridiculū est illud demonstrare qd est manifestū ad sensum· Sed naturam esse est manifestū ad sensum· ergo nō pōt demonstrari naturā esse· Maior pz; quia demonstratio est semp de ignotis·sed quod est manifestum ad sensum hoc est maxime notum·et iō nullus demōstrat q̄ nix sit alba·quia negās talem propositiōem indiget sensu·sicut dicit primo topicoꝝ· Minor ostenditur sic· quia ad sensum est manifestum aliqua moueri et precipue localit̄ sed ex motu cognoscimus naturam· ergo per sensum cognoscimus naturam· Et addit aresto·in textu q̄ volēs demōstrare naturam esse habet se sicut cecus disputās de coloribus qz in hoc conueniunt q̄ vterqz scʒ cecus et demonstrās naturam esse non scit distinguere inter hoc quod est per se notum et hoc quod est per se ignotum· Quāuis ad hoc se habeat opposito modo·quia demōstrās naturam vtitur illo quod est maxime notum tāquā ignoto·quia quod demōstratur sm q̄ hmōi est ignotum·sed cecus disputās de coloribus vtitur ignoto tanq̄ noto·quia cecus natus disputat de coloribus quasi sibi essent noti et sunt tamen sibi ignoti· et ideo talis cecus disputat de vocibus et nō de rebus cū cognitio nostra sit ex sensu·

Arguitur Aresto·in pmo huius demōstrat materiā esse·sed materia est natā·ergo natā pt demōstrari eē Dōm q̄ in pmo huius aresto·nō demōstrat materiā esse sed demōstrat eam esse principium transmutationis· Probat eī q̄ in oī trāsmutatōe reqrit materia·et hoc ē pbat materiā eē pncipiū trāsmutatōis

Queritur Utrum diffinitō nature sit bñ assignata· Dōm q̄

sic. Sed cõtra hoc arguitur naturam eē est mani
festum. ergo non indiget aliqua notificatione.
Dicendum ꝙ natura accipitur dupliciē. Uno mõ
q̃tũ ad quia est. et sic naturam eē est ꝑ se notũ.
quia sensui natura notificatur per motum sicut
dictum est. Alio modo capitur natura q̃tum ad
quid est. et sic natura est multum difficilis cog
nitionis. quod patet ex diuersis diffinitionibus
nature datis a diuersis autoribus. Circa quod
considerandum ē ꝙ natura accipitur quinqȝ mo
dis. Primo modo impositum est nomen nature
ad significandum generatiõem uiuentium. et sic
natura idem est qḋ natiuitas. Secundo modo
extensum est nomē nature ad significandũ prin
cipium illius generationis. Tertio modo impo
nitur ad significandum principium intrinsecum
cuiuscunqȝ motus. Quarto accipitur pro materia
et forma que etiã sunt principia intrinseca. Quin
to accipitur natura ꝓ toto composito siue pro
forma totius. et sic diffinitur a Boetio cum dicit
Natura est quod cũ insit rebus ab intellectu quo
qȝ modo capi pōt. Est enim aliquid intelligibile
ſm formam specificam. et ideo forma specifica vo
catur tunc natura. De ordine istorum modorum
dicendũ ē ꝙ natura ſm ordinem perfectionis dici
tur primo de forma et toto composito. Sed ſm
ordinem impositionis dicitur primo de prima ac
ceptione. quia ad illam primo nomē nature est
impositum. Nec sunt omnes iste acceptiões per
tinentes ad philosophiam naturalē. quia vlti
ma acceptio transcendit istam scientiam cum eti
am species rei inueniatur in immaterialibus.
alie autem acceptiones spectant ad naturalem
philosophum. Est ergo intellectus diffinitionis. natu
ra est principium scilicet quo ad priuationem. q̃
etiam dicitur natura. et causa quo ad materiã
et formam. Est enim priuatio principium et nõ
causa cum nõ influat in effectum sicut causa. vel
potest exponi principium ꝓ principio actiuo. et
causa pro principio passiuo. Quia in quibusdam
vt in animalibus natura est principiũ actiuum
motus. in quibusdam sicut in pure naturalibus
vt in grauibus et leuibus natura est principium
passiuum. Addit vlterius mouendi et quiescendi q̃
dictiones possunt tripliciter exponi. quia sũt ge
rundia que habent triplicem expositiõem. hic ta
men principaliter debent exponi passiue. quia ex
hoc aliquod est naturale quia est mobile et non
quia mouens. q2 sic deus maxime esset ens natu
rale cũ maxime mouet et etiam substãtie separate
quia mouent. Additur quiescendi. quia illa que
mouentur naturaliter ad locum etiam quiescũt
in loco. Additur in quo est ad differentiam artificiali
um quorum principium non est in re artificiali.
sed est in mente artificis extra rem artificialem
sicut dispositõ in materia scamni nõ est ex natu
ra scamni sed ex actione artificis scȝ carpenta
toris. Additur consequenter primũ propter mo
tum mixtorum. quia ille motus non cõuenit pri
mo mixtis sed cõuenit primo elementis sicut pa
tet in animali. quia q̃uis animal moueatur de
orsum tamē hec non fit ex natura animalis ſm
ꝙ animal sed gratia elementi predominãtis scȝ
terre. et sic anima ꝓ nunc non dicitur natura nisi
forsan capta ſm inferiorem gradum eius scȝ cor
poreitatis vel mixtionalem vt infra dicetur. vel
dicitur primũ propter accidentia. sicut grauitas
in terra q̃uis enim est principiũ motus terre nõ
tamen est natura. quia nõ est principiũ mouēdi
primum et principale. sed ipsa forma substantia
lis terre. est tñ bñ principiũ istrumẽtale. Addit ꝑ
se et non ſm accidens propter artem que quan
doqȝ inuenitur in illo quod mouetur per artem
et tamen ars non est natura quia concurrit so
lum ad illum motum per accidens sicut dictum
est circa textum.

Arguitur Natura est aliquid abso
lutum. sed principiũ est ali
quid respectiuũ. ergo male diffinitur natura per
principium. Dicendum ꝙ tam natura q̃ principi
um possunt capi dupliciter. Uno modo absolute.
Alio respectiue sicut pr̄ et filius. tũc est dicendum ꝙ
capiēdo naturã absolute etiã principiũ debet capi ab
solute. sed capiēdo naturã relatiue etiã capit principi
piũ relatiue. Est tñ verum ꝙ formalit natura nõ sig
nificat aliq̃d absolutũ et idõ debet potius diffiniri ꝑ
principiũ q̃ ꝑ aliq̃d absolutũ. Unde patet ꝙ ista diffini
tio q̄ dabat ab antiq̃s ē incõueniens. s. Natura est
vis insita rebus ex similibus similia procreãs.

Arguitur Ex diffinitiõe seq̄ret ꝙ priuatio nõ
esset natura qḋ tñ falsũ ē. Sequela ꝓ
bat q2 priuatõ nõ ē principiũ et cã. Dicendum ꝙ illa
cõiũctio copulatiua et pōt duplr capi. Uno mõ ꝓut co
pulat illa duo principiũ et cã adinuicē. et sic nõ debet
capi in ista diffinitõe. q2 sic procedēt argumentũ. Alio
accipit illa cõiũctio et ꝓut copulat vtrãqȝ particulã
ad diffinitum quod est natura sic ꝙ sit sensus.
Natura est principium mouendi et quiescendi.

et natura est causa mouēdi et q̃escendi·q2 natura q̄nq3 est ꝑncipiū sicut pt3 de priuatōe·q̄nq3 vo est causa sicut pt3 de materia et forma.

Arguitur Ars est etiā ꝑncipiū mouēdi illius in quo est.vt pat3 de horalogio·q2 ars est ꝑncipiū mouendi horalogiū et ptes eius puta lapides·ergo etiā ars est natura ¶ Dicendum ꝙ motus horalogij vel tripudij pōt capi dupl'r· Uno mō q̄tum ad substantiam motus·et sic illi motus fiunt a natura sicut motus in horalogio est a forma grauis Alio mō accipit q̄tum ad modū motus ꝑm tarditatē ⁊ velocitatē eius·⁊ tūc non est ex natura sed ex arte·q2 ꝙ mot⁹ est velocior vel tardior hoc fit ab arte imponēte aliqua mobilia·vel etiā tal' motus contingit ex commensuratione talium mobilium adinuicem·

Arguitur Motus celi est naturalis ⁊ tñ in celo nō est ꝑncipiū quiescēdi·q2 celū cōtinue mouet· ¶ Dōm dupliciē Primo ꝙ q̄uis in celo nō sit ꝑncipiū quiescendi ꝑm ptes q2 ptes celi ꝯtinue mouent tñ est ibi ꝑncipiū quiescēdi ꝑm totū q2 totū celū q̄escit q̄uis quelibet ps moueat· Scdo pt dici ꝙ duplex est motus·quidā est mot⁹ q̄ tendit ad quietem sicut motus rectus ⁊ fit ꝓpter quietem·et in tali motu natura est ꝑncipiū mouendi et quiescendi· sicut pt3 in grauibus et leuib⁹· Alius est motus q̄ nō ordinat naturaliter ad quietē sicut motus celi·⁊ in tali natura nō est principiū quiescendi· ¶ Ex contra.ergo celū nūq̄ quiescet q2 nūq̄ habebit naturalē ordinē ad quietem sicut dictum est· Ad hoc pt dici ꝙ motus celi pōt ad duo compari· Uno mō ad ꝓximū finem·s·ad ꝯtinuā generatōem et corruptōem istoꝝ inferioꝝ quē finem cognouerūt ipsi ph̄i·et sic celum nō quiescit naturaliter·quia ꝑm illos generatōes semꝑ durabūt· Alio modo comparat motus celi ad vltimū finem qui finis ē completio nūi beatoꝝ quē finem ph̄i nō cognouerunt·et sic etiā celū naturaliter quiescet· Ex quo pōt sic argui· Sicut se habet motus rectus ad suum terminū ad quē·ita se habet mot⁹ circularis ad suū finem quē acquirit ꝑ motū celi· Cui⁹ ratō est q2 sicut motus rectus fit ꝓpter finem qui est ꝯseruatio mobilis in suo loco.ita motus celi fit ꝓpter suū finem vltimū q̄ est completio numeri electoꝝ·sed habito fine siue termino mot⁹ in motu recto fit naturaliter quies· ergo habito fine in motu celi fit naturaliter quies· Et si dicat q̄d naturaliter mouet hoc non quiescit naturaliter· Dōm ꝙ hoc est verū ꝑ eodē tpe·et ideo q̄d mouetur motu recto hoc mouet ꝑ totū spaciū naturaliter et tñ in termino motus quiescit naturalit̄· Sic dr̄ de celo ꝙ nūc celum mouet naturaliter ⁊ tñ habito fine motus eius quiescit naturaliter· sicut dici posset de lapide ꝓiecto qui mouet naturaliter quousq3 acquirit sibi locum·

Arguitur Motus celi est ab aliquo extrinseco ergo nō est naturalis· Añs ꝓbat·q2 est ab aīa nobili que est extra celū· Dōm ꝙ duplex est principiū mouendi· quoddam est actiuum·et tale principium nō habet in se celum·sic enim motus celi est potius intellectualis·quia est ab intellectu practico anime nobilis·et sic in motu celi sumūntur differentie positionum· natura autem est determinata ad vnum· Aliud est principium passiuū·et sic motus celi est naturalis·quia ipsum mobile habet aptitudinē naturalē ad motū circularē et hoc sufficit· Prius enim dictum est ꝙ mouendi debet hic ꝑncipaliter exponi passiue.

Arguitur Grauia et leuia mouentur a generante·ergo non est motus eorum naturalis· quia mouentur ab aliquo extrinseco scilicet ab ipso generante.

¶ Dicendum ꝙ est duplex principium motus sc3 passiuum quo aliquid est mobile naturaliter· et aliquod actiuum quo aliquid mouet· Dicendum est igitur ꝙ grauia et leuia habent intra se principium passiuum quia ipsa sunt naturaliter mobilia et hoc sufficit·quia sicut ad violentiam requiritur ꝙ passum non conferat vim· ita econtra ad naturale sufficit ꝙ passum conferat vim id est ꝙ passum habeat naturalem aptitudinē ad motum suscipiendū qui fit ab agente.

Queritur Utrum grauia ⁊ leuia habeant intra se principium actiuum sui motus· ¶ Dicendum ꝙ duplex est principium actiuum scilicet principale· et est q̄d principaliter agit et hoc est ipsū generans·et sic non habent grauia et leuia intra se principium actiuum sui motus. Aliud est principium actiuū secundarium quod dicitur ab alijs subeffectiuū et sic grauia et leuia habent intra se principium actiuum sui motus· In signum cuius generante corrupto·adhuc graue mouetur ꝑ formā que est in ipso graui in qua forma remanet quedam virtus generantis·

Arguitur Motus vaporū sursū est natalis et tñ nō mouet a pncipio itrinseco. pbat qꝛ ille mot⁹ ē naturalꝭ quē natura facit. ¶ Dōm ꝙ vapores accipiūt duplr. Vno mō ꝓm pncipiū materiale siue ꝑ materiā et sic mot⁹ vapoꝝ sursū est naturalis. qꝛ matia vapoꝛ pt ad oēm dr̄iam moueri. Alio⁹ capiunt vapores ex pte forme. et tūc ē dōm ꝙ in vapore ē duplex forma. s. forma sbalis aq̄. et sic mot⁹ vapoꝝ sursū ē ɔtra naturā. Alio⁹ accipit vapor ex pte forme inducte ab extrinseco q̄ ē raritas et leuitas. et sic mot⁹ vapoꝝ sursū ē natalis. Ex pte āt cē efficiētis. s. celi mot⁹ coꝝ ē obediētial inq̄tū ista inferiora naturalit obediūt influxui supioꝝ corpoꝝ. Silit pt dici de fluxu et refluxu maris qꝛ si effluxus maris ɔsideret ex pte forme sbalis aq̄ tūc ē ɔtra naturā. si āt ɔsideret ex pte forme inducte in aquā a luna et a supiorib⁹ corporibus tunc motus eius est naturalis.

Querit Vtrū motus ignis circularis in sua spera sit natalis. ¶ Dōm ꝙ duplr aliq̄d dr naturale. Vno⁹ qꝛ ɔuenit sibi ꝓm ꝓpriā naturā q̄ ē forā sbal. ⁊ sic mot⁹ ignis sursū ē igni natal. Alio⁹ dr aliq̄d natale ꝓm naturā cōem ꝓm quā corpa ordināt adinuicē. et sic mot⁹ ignis circularis pt dici naturalis qꝛ ɔuenit igni ꝓm ꝙ ordinat ad influentiā corpis celestis. Vñ ptꝫ ꝙ ille motus circularis ē min⁹ naturalis q̄ motus vapoꝝ sursū vl mot⁹ efflux⁹ maris. qꝛ scꝫ in illis aliq̄ forma imp̄mit ꝓm quā fit mot⁹. ⁊ iō vocātur ip̄ssiones. ꝫ in igne nō imp̄mit aliq̄ forma ꝓm quā ignis ē mobilis circularit. et hoc ē qd̄ alij dicūt et bñ ꝙ mot⁹ ignis circularis nō ē simplicit ꝓm naturā nec simplr ɔtra naturā. qꝛ si sic tūc eēt violētus. ꝫ est ꝑter naturā scꝫ ꝓpriā.

Arguitur Mot⁹ aialis ē a pncipio intrinseco et tñ nō est naturalis qꝛ ē aialis q̄ distinct⁹ ē ɔtra naturalē et violentū. ¶ Dōm ꝙ mot⁹ aialis accipit duplr. Vno mo ex pte totius aialis. et sic motus eius deorsum ē naturalis subeffectiue ex pte forme. et passiue ex pte materie. Alio pt capi mot⁹ aialis ꝓm ꝙ aialis. i. ex pte aie et tūc mot⁹ naturalꝭ accipit duplr. Vno⁹ put naturale solū distinguitur cōtra violentū. ⁊ sic etiā mot⁹ aialis est naturalis qꝛ nō violētus. et sic multi dicūt ꝙ ista diffinitio sit intelligēda illo mō. ⁊ dicūt vlterius ꝙ aia sit natura ꝓm istā diffinitōem. et ꝙ mot⁹ aialis sit naturalis. Rō pt sic ꝓbari. qꝛ ꝑ naturā dicit aliqd̄ ens natale. ꝫ manifestū est ꝙ aialia sunt entia naturalia qꝛ de eis detminat in phia natali. ergo etiā aia ē natura. Sed ɔtra arguit natura ē detminata ad vnū. n āt sic ē de aia. Dōm ꝙ natura in illa auctoritate accipit nata ꝓm ꝙ distinguit ɔtra aiam sicut etiā capit Aresto. in scd̄o de aia. ¶ Alio mō accipit natura spēalit put distinguit cotra aiam. ⁊ tūc ē dōm ꝙ aia accipit dupliciter. Vno mō ꝓm gradū aie inq̄tū aia est siue vegetatiua siue sensitiua siue intellectiua. et sic aia nō ē natura qꝛ ē aliq̄d altius natura cū aia moueat ad opposita. Alio⁹ accipitur aia ꝓm gradū impfectū. s. mixtionalē. ⁊ tūc etiā aia ē natura qꝛ mouet solū ad vnū. Perfecta eñ aialia naturali motu solū mouent deorsum. sicut dr in scd̄o de generatōe. Et si dicat capiēdo animā ꝓm ꝓprios gradus aie. tūc adhuc motui aialis ɔuenit diffinitio. dōm ꝙ excludit ꝑ illā pticulā mouēdi qꝛ mouendi stabit tūc ꝓ motu pure natali. aia āt ꝓm gradū aie nō ē pncipiū mouēdi motu pure natali. sed motu aiati qꝛ tūc mouet ad opposita.

Arguitur Si natura est aliquid vel ergo est substātia vel accñs si substātia vel materia vl forma. Non materia qꝛ illa est ens in pura poña. Nec forma qꝛ forma est termin⁹ motus. Nec etiā accidens qꝛ hoc non est pmū principiū mouendi. ¶ Dōm ꝙ natura pncipaliter est substātia. qꝛ est matia vel forma. ꝫ scd̄ario pt dici accidens ⁊ improprie. Et hoc sic pbat. qꝛ eodē mō aliquid est natura quo mō est pncipiū mouendi. sed principale princip̄iū mouendi est forma et materia. et accidens est principiū instrumentale et secundarium. Maior est nota. Minor probatur tribus ratioibus. Prima est qꝛ in agentibus subordinatis secundaria agentia non agunt nisi virtute primi agentis. sed accidens est secundarium agens ergo non agit nisi in virtute sui subiecti. ergo substantia est principale mouens. Secunda ratio. operari sequitur esse. sed forma substantialis est primum principium essendi. ergo etiam est primū principium operandi. Tertia ratio. Causa vniuersalis plus influit q̄ alie cause secūdarie. sed substantia se habet sicut causa vniuersalis in agendo quia forma substantialis est principium primum omnium operationum. Sed forma accidentalis agit solum ad vnum sicut calor solum calefacit. ergo forma substantialis est primum principium operandi.

Arguitur Ergo forma substantialis agit p essentiã. Dõm q forma substantialis est bene principium primũ operandi sed nõ proximũ·quia principium proximũ operandi est naturalis potentia siue aliud acciñs. Et si dicatur illa accidentia generãt formam substantialem·ergo illa accidentia sunt forme substantiales·quia vnũquodq generatur a suo simili· Dõm q forme accidentales capiuntur dupliciter·Vno modo ßm proprias naturas et sic nõ inducunt formas substantiales qr nihil agit vltra suam spẽm· Alio modo ßm q habent in se virtutem forme substantialis cuius sunt instrumenta et tunc etiam inducunt formã substãtialem·Cuius ratio est·quia instrumentũ nõ sequitur formam ppriam in agendo·sed formam principalis agentis·Sicut securis non facit securim sed scamnũ.

Arguitur Natura nõ est principiũ oppositorum·sed quies et motus opponũtur·ergo natura non est principium mouendi et quiescendi· Dicendũ q est duplex quies·s·quies in termino a quo·et talis quies opponitur motui·et illius qetis natura nõ est principium. Alia est quies in termino ad quem·et illius quietis natura est principium. Et talis quies non opponitur motui sed est consummatõ motus·vt patz quinto huiũs·sicut natura in lapide est principium motus lapidis deorsũ· et etiã quietis deorsum.

Videtur autem natã·

Postq̃ Aresto·posuit diffinitõem nature· consequẽter ponit ei⁹ diuisionẽ· et vũlt q natura dicitur de tribus·primo de materia·secundo de forma tertio de priuatione·Primo ergo ostendit q materia dicit natura et hoc sic·sicut se habent artificialia ad materiã eorum ita etiam naturalia et hoc ßm antiquos·sed substantia et natura rerum artificialium est materia·ergo sic est in reb⁹ naturalibus·Maior patz·quia ßm antiquos forme naturales sunt accidentia de quarta specie q̃litatis·Ponebant eñi antiqui materiam eẽ substantiam rei et res solum differre penes figuras accidentales·Exempli gratia·Dyogenes qui posuit aerem pro principio omniũ rerum dixit aerẽ sic figuratum esse hominẽ·et aerem sic figuratũ fore azinum et sic de alijs·Et sic ptz manifeste q forme naturales habent se sicut artificiales·Minorem probat Arestotiles p signum antiphõtis illius philosophi·quia hoc est substantia et natura rei quod redit p naturalem generatõnem·sed materia in artificialib⁹ redit p generationẽ naturalem·ergo materia est substantia et natura rei·Minorem pbat exemplariter·quia si aliquis pijciat lectulũ ad terram sic q lectulus accipiat potentiã germinandi·tũnc in germine non redibit lectulus sed lignũ·ergo lignũ est natura que est materia·Et addit Arestotiles duas differentias inter materiam que est natura et formam que est natura ßm antiquos·Prima est qr materia est substantia et forma est accidens. Secũda differentia est quia materia est ppetua et forma est transiens et corruptibilis.

Arguitur Ans in isto argumẽto est falsum·quia forme in naturalibus et artificialibus non habent se eodem modo· Dõm ad hoc dupliciter· Primo q hec ratio nõ procedit ex veris simplicit sed ex veris quo ad tenẽtes opinionem antiquorum· et sic etiam ratio ista non est pbatiua apud omnes· sed solum apud illos. Scdo dõm q bene põt concludi verum ex falso· ista aũt ratõ est vera quo ad suam conclusionẽ scz q materia est natura q̃uis ex pmissis falsis ßm se concludat·

Alio autem modo for

Hic pbat scdam ptem·s·q forma sit nata et hoc drib⁹ rõib⁹· Pria rõ stat in h⁹·eodẽ mõ aliqdẽ natale q̃ mõ aliqd dr artificiale·ß dr aliqs artificiale ex sua for g° natale ex sua forma·ß anteq̃ aliqd accipiat formã artificialẽ nõ ẽ artificiale· g° anq̃ aliqd accipiat formã natalẽ nõ ẽ natale·ergo forma rei natalis dr eẽ nata· Et addit q forma sit magis nata q̃ materia·quia ab illo aliqd pl⁹ denoiat ßm qd aliqd est in actu q̃ ßm qd est in poña·ß ßm materia aliqd ẽ in poña et ßm formã in actu g° res magis habet denoiari a forma q̃ a materia.

Amplius fit ex homi·

Hic poit scdam rõez q̃ stat i h⁹·illd ẽ nata qd redit p generatõez natalẽ·ß forma redit p generatõem natalẽ g° for ẽ nata·Maior pz·qr generatõ ẽ ad naturã·Minor pbat·qr ßz rei veritatẽ p generatõem naturalẽ redit forma naturalis·q̃uis antiqui dicebant illam formã includi sub materia sicut lignũ est ens natale hñs formã natalẽ·

Amplius aũtez natu. Hic ponit terciam rõem et est ista. natiuitas est via in naturã. sed natiuitas ẽ ad formã. g° forma est natura. Maior ptz ex drña int natiuitatem et medicationẽ. quia medicatio denoiatur a t̃mino a quo et nõ ad quẽ. qr medicatio nõ dicit via ad medicinam sed a medicina in sanitatem sed sanatio dr natiuitas quia denoiat a t̃mino ad quẽ. dicit eñi sanatio via in sanitatẽ.

Queritur Quare medicatio denoĩat a pncipio ꝛ generatõ a termino. ¶ Dõm q ideo quia medicatio dicit actionẽ. sed actio denoiat a pncipio cui⁹ est agẽ. sed sanatio et generatio dicũt motũ sed motũs denoiatur a t̃mino ad quẽ. ergo sanatio et generatio denominant a t̃mino ad quẽ.

Sed forma et natura Hic pbat terciã ptẽ scz q priuatio sit natura. et hoc sic. forma ẽ natura. sed priuatio ẽ quodãmõ spẽs et forma. ergo etiã priuatio ẽ natura. et hoc ẽ verũ in generatõne accidentali. et vult Aresto. q sicut forma dr dupl'r et analogice. s. de forma pfecta et impfecta. sic etiã dr natura tam d' forma q priuatione. Qz aũt intelligat de priuatõe que ẽ in accidentib⁹ patet. qr dicit in textũ q si ẽ priuatio et ↄtrariũ aliqd circa simplicẽ generationẽ id est substantialem generationem. cuius subiectum ẽ materia pma aut nõ. ẽ posterius ↄsiderãdum scz in libro de generatione.

Queritur Utrũ natura bñ diuidat in materiã formã ꝛ priuationẽ. ¶ Dõm q sic. et ẽ diuisio analogi in sua analogata. qr sm veritatẽ natura dr prius de forma. deinde de matia et vltimo de priuatione. qr forma est pncipiũ ꝛ termin⁹ generatõis ꝛ sm illã dr aliqd actu naturale. Scdõm aũt materiã nõ dr aliqd naturale nisi sm potentiã. iõ nõ dr materia natura nisi inqtum ẽ subiectũ hñs aptitudinẽ ad motũ. De puatione aũt dicit simpliciter p accñs sm q est ↄiuncta materie. Et si dicat Aresto. ponit aliũ ordinẽ qr pponit materiã forme. Dõm q Aresto. loquit sm opinionẽ antiqrũ de matia q si eẽt vera plus eẽt matia natura q forma et ergo pponit mate. a. pmo forma nõ esset natura sed sola materia esset natura.

Arguitur Materia ẽ pura potentia ergo nõ ẽ pncipiũ mouẽdi. ¶ Dõm q duplex est pncipiũ mouendi scz actiuũ motus siue effectiuũ et hoc semp est in actu. quia vnũqdqz agit sm q est in actu. Aliud ẽ pncipiũ mouendi passiuũ sicut subiectũ. et sic etiam ens in poña ẽ pncipiũ mouendi. Vñ dictũ ẽ sup q illa gerundia mouẽdi et quiescẽdi debent exponi pncipaliter passiue.

Arguitur forma ẽ t̃minus generationis. sed natura ẽ pncipium. ergo forma nõ ẽ natura. ¶ Dõm q forma naturalis accipit dupl'r. Uno mõ sm q est in generãte. et sic ẽ pncipiũ generatõis. qr generãs sm suã formam ẽ pncipiũ geniti. Alio mõ accipi forma sm q est in generato. et sic ẽ termin⁹ mot⁹. ¶ Est tñ ↄsiderandũ q termin⁹ etiã põt dici pncipium qr q̃uis forma nõ sit pncipiũ effectiuũ geniti. est tñ pncipiũ generatõis passiue vl' geniti formale. Scdõ dõm q forma substãtialis est pncipium motus ↄsequentis talẽ formã substantialẽ. et iõ forma etiã ẽ pncipiũ effectiuũ scz motus qui sequitur rem genitam.

Arguitur Priuatio nõ est ens p se g° nõ est pncipiũ siue natura. ¶ Dõm q sicut puatio est ens. ita etiã est natura. priuatio eñi ẽ ens sm analogiã entis. ita etiam est analogice natura. quia est pncipiũ transmutationis. qm sine ipsa nõ fieret trãsmutatio sicut dictũ est primo hui⁹.

Querit Utrũ forma sit magis natura q materia. ¶ Dõm q sic. et arguit q nõ. qr materia est plus substantia q forma. ergo videt q materia sit plus natura. Añs pbat. quia hoc ẽ plus substãtia qd plus substat sed materia plus substat. ergo ꝛc. Dõm q suba capit dupl'r. Uno mõ prout dicit a substando. et sic materia est plus substãtia q forma. et sic loqtur Aresto. in pmo phor. Alio mõ suba dicit ab eẽndo vl' a substantiando formalit. et sic forma est magis pncipiũ siue natura qr forma dat esse. materia recipit esse. Substãntia aũt pncipalit est denominãda ab essendo et nõ a substando

Arguitur Diffinitões date p formã sunt dyaletice et nõ phisice. ergo forma nõ est magis natura. pbat. qr dicit Aresto. i phemio d' aĩa q diffinitões dyaletice sunt casse et vane qr nõ sũt phisice ↄsideratiõis. ¶ Dõm q dupl'r dicũt diffinitões dyaletice. Uno mõ quia dant p intentiones logicas sicut diffinitõ dat p genus et drãm. et sic verũ est q

tales diffinitões nõ sunt naturales sed sunt logice. Alie sunt diffinitões date p formas reales absq materia. ꝛ tales diffinitões q̃uis sunt vane quo ad demonstratõem sicut loquit aresto. in phemio de aia. sūt tñ in se bone diffinitões. Nec Aresto. in prohemio de aia loquit de diffinitōib⁹ subaꝝ sed accidentiū. Uult em̄ q diffinitões passionū date absq materia sunt casse et vane.

Arguitur Aliquid est ens naturale qz est trãsmutabile vel mobile. sed trãsmutabile eē est potius a materia. ergo materia est magis natura. Dōm est q qñ dr aliqͦ ens trãsmutabile duo dicūt. s. eē ꝛ trãsmutabilitas. Quantū gͦ ad hoc qͦ dr eē sic pl⁹ esse trãsmutabile est a forma. qz forme conuenit plus dare eē q̃ materie. tñ q̃tū ad trãsmutabilitatē sic eē trãsmutabile est plus a materia. Uel pt dici q q̃uis trãsmutabilitas magis dependeat ex materia subiectiue. tñ magis dependet ex forma terminatiue qz forma terminat trãsmutationem naturalem.

3a lectio

Quoniam aūt deter.

Postq̃ Aresto. diffiniuit et diuisit naturã. Consequēter in his duobus vltimis capitulis intēdit dicē de quo determinat phia naturalis. et hoc facit in capitulo sequenti dicēs q de materia ꝛ forma. Et añq̃ hoc faciat ponit drñam mathematici a phisico. qz ex illa drña inducit qͦ intendit. Proponit ergo intentū suū p modū q̃stionis querentis an mathematicus differat a phisico. Et ponit duas rões principales q nō drnt. quarum pma est. Quecūq scie q̃siderant eadem subiecta ille sunt eedē vel vna est ps alterius. quia scie distinguūt penes obiecta. sꝫ mathematica q̃siderat eadē subiecta cū phisica. s. supficies corpa et magnitudines que etiã sunt in corpib⁹ phisicis gͦ ꝛc. Scdã rō tangit ibi: Amplius āt astrologia. Et stat in hoc. astrologia est ps mathematice ꝛ etiã est ps phisice. ergo ad mīn⁹ q̃tū ad aliqͦ coincidūt. gͦ nō sūt simplr scie distincte. Qd āt astrologia est ps phisice pbat. qz ad quācūq sciam ptinet q̃siderare subam et naturã rerū. ad illã etiã ptinet q̃siderare passiones illarū rerū. ƀ ad phisicā ptinet q̃siderare subam solis et lūne qz sunt corpa naturalia. ergo etiã spectat ad ipm q̃siderare de accidentib⁹ solis ꝛ lune. ƀ de illis accidentibus determinat mathematica scꝫ astrologia ergo mathematica ꝛ phisica nō drnt. Modic etiam q phisici inueniūt determinare de figura solis ꝛ lune in phisica. ergo mathematica et phisica non drñt. et has rões soluit aresto. postea in textu.

De his quidem igitur

Hic Aresto. soluit istã questionē motã. et vult q q̃uis mathematicus et phisicus determinent de eodem nō tñ eodē mō. qz de istis pdictis scꝫ de superficiebus de corpe et magnitudine determinat phisicus in q̃tū sunt termini q̃titatiui in rebus naturalibus et q̃tum sunt in materia sensibili. sed mathematicus q̃siderat has passiones fm q eis insunt alie passiones. et sic determinat de eis p modū subiectoꝝ. sicut cōsiderat magnitudines fm q in eis pt aliqua figura haberi. et iō cōsiderat eas vt abstractas a motu et materia sensibili. Et istã abstractionē possum⁹ facere absq incōuenienti. quia abstrahentiū non est mendaciū. Circa qͦ sciendū q duplex est materia. qdam est materia sensibilis. i. materia fm q habet ordinē ad qualitates sensibiles. Alia est materia ymaginabilis. i. materia fm q habet ordinē ad q̃titatē. Quãuis igit eadē sit materia fm eam q̃ habet in se quãtitates et qualitates sensibiles est tñ alia fm rōem. qz materia accepta in ordie ad quãtitatē naturaliter est prior seipsa fm q hꝫ ordinem ad qualitatē. et sic materia ymagiabilis pcedit naturaliter materiã sensibilē. Ex hͦ sic arguit p cōem regulã. q̃cunq aliqua duo sic se hñt q vnū ē naturalr prius altero. etiã si sp i eēndo q̃iungãt tūc pri⁹ pt itelligi absq posteriori in pma opatōe itellectus. quia ergo materia ymaginabilis est prior materia sensibili. iō pñt mathēaticalia intelligi absq hoc q intelligãt cū materia sensibili. Sile est de hoie ꝛ risibili. qz hō et risibile semp q̃iungūtur fm rē. tñ qz homo est pꝰ risibili fm naturã pt hō intelligi sine risibili

Patet autem hoc faci.

Hic q̃ter ex pdictis excludit errorē plōnis q̃ posuit ydeas separatas a materia in reb⁹ phisicalibus et nō in mathematicalib⁹. Posuit em̄ hominē separatū a pticularib⁹ hoib⁹ ꝛ nō sic i mathematicalibus. qz in figuris et numeris nō posuit aliquã ydeã vt ptꝫ de aia. Dicit ergo aresto. q ex quo mathematicalia sunt plus separata phisicalibus ergo plato plus posuisset ydeas separatas in mathematicalib⁹ q̃ in phisicalibus. et iterum phisicalia nō sūt separata nec fm rē nec fm rōem.

et tñ plato dixit in phisicis esse ydeas sepatas q̃
sunt spẽs phisicales et nõ essent in materia.

Fiet autem vtiq̧ hoc

Hic manifestat pdictã solutõem .s. q̧ mathemati
calia sunt sepata a materia et phisicalia nõ. et
hoc dupl'r. Primo pbat ex diffinitõe phisicaliũ et
mathematicaliũ. qr mathematicalia diffiniũtur
absq̧ materia sensibili sicut sunt par et imp. cur
uũ et rectum. et phisicalia qualia sunt caro os et
homo nõ diffiniũt absq̧ certa materia sensibili.
Vñ ptz q̧ iste scie drñt sicut symũ et curuũ. quia
curuũ nõ determinat sibi certã materiã sensibilẽ.
sed symũ diffinit p nasum q̃ est matia sensibilis

Demonstrant autem

Hic oñdit idem et hoc p scias medias inter ma-
thematicã et phisicã que sũt pspectiua armonica
id est musica et astrologia. qr iste scie hñt se ↄtra
rio mõ ad scias pure mathematicas. qr scie pure
mathematice ↄsiderãt aliquid incõtracte. ß iste sci
entie medie ↄsiderãt aliquid ↄtracte qr ad aliqd̃
phisicũ et ideo sunt magis phisice q̃ mathemati
ce. qr accipiunt aliquid incõtractũ et applicãt hoc
ad ↄtractum. Et pt rõ sic formari. Scie medie di
stinguitur a mathematica q̃ tñ hñt ptem mathe
matice q̃tũ ad subiectum incõtractũ. ergo phisica
plus distinguit a mathematica qr nõ hz ptem cũ
mathematica q̃tũ ad subiectũ. Ex quo sequit p
positum scz q̧ mathematice scie drñt a phisicis p
abstractionem.

Queritur

Vtrũ conueniẽt aresto. hic assi
gnat drñam inter sciaz mathe
maticalẽ et phisicalẽ. Dõm q̧ sic. qr ista drña
dat p modos diffiniendi. ß ex modis diffiniendi pt
sumi drña in scientijs. et hoc ptz ex duob⁹. Primo
qr diffinitio est mediũ demonstrãdi vt ptz scdo
posteriorꝝ. ergo ex diuersis modis diffiniendi su
mit diuersus modus demonstrãdi. sed diuersi mo
di demonstrãdi generãt diuersas scias. cũ demõ-
stratio generat sciam. sicut ptz pmo posteriorũ.
Itẽ scdo. diuersitas sciarũ sumit penes pncipia
vt dr pmo posteriorꝝ. ß ex diuersis modis diffini
endi sumũtur diuersa pncipia. qr pncipia ↄstituũ
tur ex diffinitõe et subiecto. vel ex diffinitione et
passione.

Queritur

Quotuplex sit modus
diffiniendi. Dõm q̧ tri
plex. Vnus est p materiã sensibilẽ .i. p materiam
acceptã ßm ordinẽ ad qualitates sensibiles. et sic
diffiniũtur phisicalia. qr talia includunt materiã
habentẽ ordinẽ ad qualitates sensibiles. Cui⁹ rõ
est. qr naturalia diffiniũt sub habitudine ad mo
tũ. ß aliqd ideo mouet qr hz in se materiã sensibilẽ
Sunt enĩ qualitates pncipia quib⁹ aliquid actua
liter corrũpit alterat vel augmentat. Exẽpli grã
Homo est res phisicalis et diffinit p corp⁹ huma
nũ qd̃ est corpus nõ solũ habẽs in se figurã siue
q̃titatẽ. ß etiã necesse est tale corpus habere com
plexõnẽ q̃ ↄplexio est ex vnione pmarꝝ qualitatum
Alius modus diffiniendi est cũ materia ymagi
nabili .i. cũ materia accepta p ordinẽ ad quãtita
tem q̃ quãtitas ↄprie cognoscit p ymaginatõem
et p talẽ materiã diffinit mathematicus. Cui⁹ rõ
est. qr forme mathematicales nõ sunt oĩno sepa
te a materia ergo oportet q̧ diffiniãt p materiã
qr vnũquodq̧ hz diffiniri sicut habet esse. ß qr nõ
includũt illã materiã ßm q̧ habet in se qualita-
tes sensibiles. ß ßm q̧ hz ordinẽ ad quãtitatem.
ergo sic diffiniri hñt. Exempli grã. Figura trian-
gularis est aliqd̃ mathematicale et hz aliquam
materiã sed nõ respicit materiã ßm q̧ in ea sunt
qualitates sensibiles.

Arguitur

Materia sensibilis nõ sepa
tur a materia ymaginabili
ergo si diffiniũt p materiã ymaginabilẽ etiã dif
finiũtur p materiã sensibilẽ. Dõm q̧ q̃uis sũt
idem ßm rem siue subiecto qr in omni materia re
periunt quãtitates et qualitates. drñt tñ ßm na
turalem ordinẽ intelligẽdi. et sic drñt ßm rõnem
qr naturaliter prius intelligit materia ßm q̧ yma
ginabilis q̃ ßm q̧ sensibilis. Cui⁹ rõ est. qr natu
raliter materia pri⁹ hz ordinẽ ad quãtitatẽ q̃ ad q̃
litatem. et ideo pt intelligi materia vt ymaginabi
lis et ßm ordinẽ ad quãtitatẽ q̧ nõ intelligatur
materia sensibilis .i. ßm ordinẽ ad qualitatẽ. Vñ
illa materia ßm q̧ ymaginabilis est prior seipsa
ßm q̧ est sensibilis. sicut hõ est prior seipso ßm q̧
est al' q̃ ßm q̧ est hõ. Tercius mod⁹ diffinien
di est oĩno sine materia. et iste mod⁹ est ↄprius
metaphisico. qr metaphisicus determinat de reb⁹
sepatis a materia .s. de substantijs sepatis et de
trãscendentib⁹. qr trãscendẽtia etsi repiant in ma
teria nõ tñ determinat de eis inq̃tũ sũt in materia
ß qr reperiũt extra materiã. Hic manifestũ ẽ q̧
materia nõ est de rõe illarꝝ rerũ. Ex istis g° põt
intelligi hoc qd̃ cõiter dr q̧ phisica diffinit p ma
teriã tã ßm rẽ q̃ ßm rõnẽ. qr diffinit per materiã

tam ſm rē ꝙ̄ ſm rōem q̄ꝛ diffinit ꝑ materiā ſen ſibilē. Ḣꝫ mathematica diffinit ꝑ materiā ſm rē et nō ſm rōem. q̄ꝛ illa materia q̄ ponit̄ in diffinitionib⁹ mathematicaliū eſt ſm rē phiſicalis cum oīs materia ſit phiſicalis. ꝟ nō ſm rōem. q̄ꝛ illa materia nō ponit̄ in diffinitionib⁹ mathematicaliū ſꝫ ꝙ phiſicalis. ꝟ ſm ꝙ mathematical̄. Et metaphiſica abſtrahit a maťia tā ſm rē ꝙ̄ ſm rōnē

Arguitur Scie ſecant̄ quēadmodū & res de q̄b⁹ ſūt. tercio de aīa ſed phiſicus & mathematicus ꝯſiderāt de eiſdem reb⁹. ergo nō diſtinguūt̄. ¶ Dōm ꝙ res accipiūt̄ duplr̄. Uno mō materialiter et ſic nō ē incōueniens plures ſciās ꝯſiderare eaſdē res. Alio mō accipiunt̄ res ſm formales rōes cōſiderandi ſcꝫ ſm ꝙ referunt̄ ad ꝑ̄ncipia et paſſiones. ſicut primo hui⁹ dictū eſt. et tūc eſt incōueniēs diuerſas ſciās ꝯſiderare eaſdē res. Per hoc ergo dōm eſt ad argumentū ꝙ q̄uis phiſic⁹ & mathematicus ꝯſiderāt eaſdē res referūt tn̄ eas ad diuerſas rōes cōſiderādi. q̄ꝛ phiſicus determinat de ſupficieb⁹ lineis et figuris ſm ꝙ ſūnt corpoꝝ naturaliū et ꝑ ꝯñs ꝑut hn̄t ꝯtractōem ad materiā ſenſibilē. ſed mathematic⁹ ꝯſiderat de illis quātitatib⁹ ſm ꝙ eis pn̄t ineſſe alie paſſiones. Un̄ mathematicus determinat de linea ſm ꝙ figurabilis ſicut patet ꝑ totum librū Euclidis. Et ex iſto ſumi pt̄ ꝙ vnā ꝯcluſionē differēter demōſtrāt phiſicus et mathematicus. Exempli grā. Iſtam cōcluſionem terra eſt ſperice figure demonſtrat phiſicus ex motu. q̄ꝛ em̄ ptes terre equaliter tendūt ad centrum ꝑ motum iō neceſſe eſt terrā eſſe ſperice figure ſm phiſicos. ꝟ mathēatic⁹ ſiue aſtrolog⁹ ſic demōſtrēt neceſſe eſt h⁹ eē circularis figure q̄ꝺ facit eclipſim circularē. ꝟ terra facit eclipſim circularē ergo eſt ſperice figure.

Arguitur Intellect⁹ intelligens rem aliter ꝙ̄ eſt eſt falſus. ſed intellectus intelligēs mathematicalia eē ſine materia intelligit rem aliter eſſe ꝙ̄ eſt g° eſt falſus. ¶ Dōm ꝙ intelligere rē aliter ꝙ̄ eſt duplr̄ pt̄ intelligi. Uno mō in ꝑ̄ma opatōe intellect⁹. et tūc ſine oī incōuenienti res intelligit̄ aliter ꝙ̄ eſt. q̄a in ꝑ̄ma opatione pt̄ vnū intelligi alio nō cointellecto q̄uis tn̄ illa a pte rei ſint ꝯiuncta. et h° eſt verū ſi vnū nō ſit de diffinitōe alterius. ſicut ptꝫ de hoīe et riſibili. q̄ꝛ hō nō ē a pte rei abſqꝫ riſibili et tn̄ pt̄ intelligi homo nō intelligēdo riſibile. Alio mō pt̄ intelligi in ſcd̄a opatione intellectus ſcꝫ remouēdo vnū ab alio ꝑ negatōem et h° nō ꝯtingit abſqꝫ falſitate. ſicut ſi intelligatur ꝙ homo nō ſit riſibilis. Et ſil̄r eſt in ſenſitiua opatione. q̄ꝛ ſenſus viſus pt̄ videre colorē corpis odoriferi ſcꝫ pomi abſqꝫ eius odore. et tn̄ nō ſubſiſtit color pomi abſqꝫ odore. ſic ad ꝓpoſitū pn̄t mathematicalia intelligi cum materia ymaginabili in prima operatione intellectus non cointelligendo materiam ſenſibilem q̄uis hoc in ſecunda opatōe intellectus fieri nō poſſit cum ſemꝑ ſint ꝯuncta.

Arguit̄ Mathematic⁹ ꝑ̄ſup ponit materiā & ꝑ materiā diffinit. ergo nō abſtrahit a materia ꝓbat̄. q̄ꝛ impoſſibile eſt diffinitōeꝫ abſtrahi a diffinito in quacūqꝫ opatōe intellectus. ¶ Dōm ꝙ diffinitōes mathematicales abſtrahūt a materia ſenſibili. i. nō dātur ꝑ materiā ſm ꝙ habet ordinē ad qualitates ſenſibiles. ꝟ dant̄ ꝑ materiā ymaginabilē. i. ꝑ materiā acceptā in ordine ad quātitatē que naturalit̄ ꝑ̄uenit materiā ſenſibilem ſicut dictū ē prius. Per hoc ſoluit̄ argumentū qn̄ arguit̄ Abſtrahere cōuenit metaphiſico ergo nō mathematico. Dicendū ꝙ metaphiſico ꝯuenit abſtractio ab oī materia. q̄ꝛ ꝑ nullā materiā diffinit ſicut dictum eſt in corpore queſtionis.

Arguitur Omnis ſcia abſtrahit a materia: ergo abſtrahere a materia nō eſt ꝓpriū mathematice. Añs patꝫ q̄ꝛ ſingulariū nō ē ſcia. ergo oportet omnē ſciam abſtrahere a materia ſingulariū. ¶ Dōm ꝙ eſt duplex abſtractio. quedā eſt vl̄is a pticulari. et illa ꝯuenit cuilibet ſcie. Alia eſt abſtractio forme a materia. et talem abſtractionē habet metaphiſicus q̄ꝛ nullā materiā ꝯſiderat. et ſm quid cōuenit mathēatico. q̄ꝛ nō ꝯſiderat materiā ſenſibilē.

Arguitur Materia ſenſibilis eſt ſubiectū mathematicaliū que ſunt accñ̄a talis materie. ꝟ accñ̄s habet diffiniri ꝑ ſuū ſubiectū ergo mathematicalia debent diffiniri ꝑ talem materiā. ¶ Dōm ꝙ materia ſenſibilis eſt ſubiectū formaꝝ mathematicaliū ꝑ accidēs. q̄ꝛ q̄uis omnia mathematicalia ſūt in materia ſenſibili nō tn̄ illa materia eſt ſubiectum formarū mathematicaliū ſm ꝙ ſenſibilis ſed ſm ꝙ eadē materia eſt ymaginabilis. i. hn̄s ordinē ad q̄titatē. q̄ꝛ nūs ē multitudo ex vnitatib⁹ aggregata. vnitas āt dr̄ ꝯtinuū indiuiſū. ſed continuitas ſpectat ad ꝑ̄dicamentū quātitatis.

Arguitur Mathematicus etiā diffinit p motū. ergo male dr ꝙ abstrahit a motu. Añs ꝓbat. qꝛ circulus est aliquid mathematicū et diffinit p motū vt patꝫ ex diffinitōe circuli. qꝛ circulus est linea plana cuius mediū est centrū a quo linee mote ad circūferentiam sunt equales. ¶ Dōm ꝙ est duplex motus quidā est phisicus. et ab illo abstrahūt mathematicalia. qꝛ talis motus cōcernit materiā sensibilē Alius est mot⁹ ymaginarius et talē motū etiā hñt mathematicalia. Sic eñ dicim⁹ ꝙ ex fluxu puncti in longū causat linea qđ phisice est oīno falsum qꝛ punctū nō pt moueri sicut patꝫ sexto hui⁹. capit igit ibi motus p motu ymaginario. Similit est hic dōm ꝙ motus in ista diffinitōe capitur p motu ymaginario et nō phisico

Queritur Vtrū scie medie sint magis phisice ꝙ̄ mathematice. Pro qua questione est ꝯsiderandum quot sint scie medie et que sint. ¶ Dōm ergo est ꝙ sunt tres. s. musica pspectiua et astronomia. et dicunt medie. qꝛ mediū est qđ aliquid pticipat d vtroqꝫ extremo. sed iste scie pticipāt aliquid de mathematica et aliquid de phisica. ergo dicunt medie int phisicā et mathematicā. Minor oñdit. qꝛ accipiūt aliquod mathematicū et illud applicāt ad aliqđ phisicū. Exempli grā. musica determinat de nūo qui est aliquid mathematicū applicato ad sonū qui est obiectū naturalis potentie ⁊ sic est aliqđ phisicū. Perspectiua determinat de linea q est aliquod mathematicū et applicat ad visum qui est poña naturalis. Silr astronomia accipit magnitudinē que est aliqđ mathematicu et applicat ad motū astroꝝ siue ad astra. et sic componūtur iste scie ꝙ̄tū ad subiecta ex aliquo mathematico et aliquo phisico. et ideo dicunt medie. ¶ Per h° ergo ad q̄stionē dōm est ꝙ iste scie medie sūt simplicit magis phisice ꝙ̄ mathematice. Circa quod sciendū est ꝙ in scia sunt duo ꝯsideranda. s. ipsa res ꝯsiderata q habet se materialit ad habitū scientificū. et ꝓncipia siue media demōstrādi habēt se formalit penes q sumit formalis rō ꝯsiderādi. Quantū igit ad rē ꝯsideratā sic sunt simplr phisice. qꝛ in istis scientijs accipit aliqđ mathematicū et applicat rei phisice sicut dictū est. et isto mō pcedit rō doctoris in cōmento et aresto. qꝛ dicit Aresto. ꝙ sunt simplr magis phisice. et doctor ꝓbat. qꝛ motus debet habere spēm ex termino. cum ergo termin⁹ est simplr phisicus. ergo scie medie sunt simplr phisice. Alio mō ꝯsiderātur in ipa scientia ꝓncipia. et tūc dōm est ꝙ i sciētijs medijs pñt ꝯsiderari duplicia ꝓncipia. s. illa que ꝓprie ⁊ adequate se hñt ad illā sciam. et illa in scientijs medijs sunt etiā phisicalia. Cui⁹ rō est. qꝛ illa ꝓncipia in scientijs medijs dñt ꝓporcionari rei ꝯsiderate. sed res ꝯsiderata est magis phisica. ergo iste scie ꝙ̄tū ad talia ꝓncipia ꝓpria magis erūt phicales. Itē si illa ꝓncipia essent simplr mathematicalia tunc essent eadem ꝓncipia scie subalternantis et subalternate et p ꝯñs essent vna scia qđ est falsum. Alia sunt ꝓncipia in scientijs medijs in que finalit scia media resoluit. ⁊ illa sunt plus mathematicalia ꝙ̄ phisicalia. quia iste scie sūt subalternate mathēaticalib⁹. Nā astrologia et pspectiua subalternantur geometrie q est scia mathematicalis. qꝛ ergo scia hꝫ specificā distinctōnem et entitatem ex ꝓprijs ꝓncipijs ergo scie medie etiā ꝙ̄tū ad ꝓncipia dicēde sunt simplr plus phisice ꝙ̄ mathematice.

Arguitur Scie medie enūant inter mathematicas sicut ptꝫ in q̄driuialibus scientijs. ergo sunt mathematice. ¶ Dōm ꝙ scie medie pñt duplr capi. Vno mō quo ad ꝓncipia ꝓpria q sūt eis adequata. ⁊ tūc sunt plus phisice et a talibus ꝓncipijs scia specificat. Alio mō accipiunt scie medie ſm illa ꝓncipia in que finaliter resoluūt. et tūc sunt simplr mathematice. qꝛ scie medie subalternāt mathēaticis. sed ꝓncipia scie subalternate resoluūtur in ꝓncipia scie subalternātis. et ꝙ̄tum ad hoc enumerant inter scias mathematicas. Vñ ptꝫ ꝙ sūt simplr phisice et ſm quid mathematice. Et sic soluitur illud argumentū quo sic arguit. Scia subalternata spectat ad genus subalternātis. Dōm ꝙ hoc est verum quo ad cōia ꝓncipia ꝟ non quo ad ꝓpria ꝓncipia a quib⁹ sumit scia spēm. q̄a ex istis specialib⁹ ꝓncipijs scia sumit spēalem rōnem

Queritur Quare ē aliq̄ scia ꝯsiderādi media int mathematicā et phisicā et nō int mathematicā et metaphisicā cū tñ etiā hēant ordinē adinuicē sicut mathematica et phisica. ¶ Dōm ꝙ hoc ē iō qꝛ scia metaphisicalis et mathēaticalis hñt se ad materiā p ꝯtradictionē qꝛ metaphisicalia sūt oīno absqꝫ materia ſm ꝙ hmōi. ⁊ mathēaticalia sūt cū materia ꝟ int cōtradictoria nullū ē mediū g° nō pt aliq scia int eas mediare. ꝟ mathēaticalia et phisicalia sunt ꝯiūcta materie ꝙ̄uis diuersimode. et sic mathēati-

calia q̄ sunt ꝯiuncta materie ymaginabili pn̄t cō trahi ad hoc ꝙ cōiungātur materie sensibili·

Quoniā autem natu

Postꝙ̄ Aresto·pmo diffiniuit naturā in vno capitulo·in scd̄o diuisit naturā·in tercio dedit differentiā phisici a mathematico·Nūc in isto capitulo ꝑncipaliter intendit dicere de quibus ꝯsiderat scia naturalis, et vult primo ꝙ phia naturalis tractabit de materia et forma·ꝛ ꝓbat hoc duab⁹ rōnibus·Prima est·qꝛ phus natalis hꝫ deꝰminaꝛe de natura qꝛ aliquid dꝛ naturale ex q̄ hꝫ naturā sed natura dꝛ de materia et forma·Scd̄a rō est qꝛ ꝯsideratio phie naturalis est sicut cōsideratio symi vt patuit in capitulo ꝑcedenti·ꝫ ꝯsideratō mathematici est sicut ꝯsideratio curui·ꝫ symū significat formā in deꝰminata materia·ergo phisicus hꝫ simul ꝯsiderare materiā et formā·

Etenim iā et de hoc·

Arguitur Motus etiam non conuenit omni enti mobili s̄m q̄ huiusmodi. ergo non est passio intrinseca iuxta predictum modum. Antecedens patet. quia multa sunt entia que non mouentur. Dicendum q̄ motus accipitur dupliciter. Vno modo s̄m q̄ importat actum imperfectum tendentem ad esse perfectum. et sic motus non est passio intrinseca entis mobilis. et hoc propter duo. Primo quia passio intrinseca est semper ꝯ̄uertibilis cum subiecto. sed motus sic acceptus non conuertitur cū ente mobili. quia sunt multa entia que sunt in quiete s̄m aliquam formam. Secundo quia omnis passio erit naturalis subiecto. sed multi sūnt motus innaturales sicut quando aqua calefit vel quando lapis mouetur sursum. Alio modo accipitur motus s̄z q̄ per ip̄m circūloq̄muꝛ aptitudinalem habitudinē ad motū. ⁊ sic motus ē passio entis mobilis. et hoc p̄ōt sic ꝓbari. quia in scientijs ꝯ̄muniter formalis rō considerādi et passio habent idem nomen. ergo mobile cū sit formalis rō considerandi debet etiā passio nominari. Secundo quia sic conuenit omni enti mobili soli et semper que sunt de rōne ꝓprij.

Arguitur Nulla passio debet p̄cedere suū subiectū. sed mobilitas precedit suū subiectum. s. ens ergo non est passio entis mobilis. Minor probatur. q2 aliquid est mobile anq̄ꝫ est. sicut patet de materia prima. Dicendū q̄ mobilitas accipitur dupliciter. Vno mō s̄m q̄ d̄r aptitudinē ad motū ꝓpriedictū. ⁊ sic mobilitas sequit̄ ens. ⁊ ē passio entis in actu. q2 nihil ē ꝓprie mobile actualiter nisi sit in actu. Alio° accipit̄ mobile s̄m q̄ dicit̄ aptitudinē ad motum improprie dictū. s. instātaneū ⁊ tūc q̄uis mobile p̄cedat ens in actu nō t̄n p̄cedit ens in potentia. et illo mō mobile est passio entis in potentia.

Arguitur Ex hoc sequit̃ q̃ tp̃us sit passio itrinseca entis mobilis. q2 si tp̃us capiat̃ p̱ tp̃ali tũc cõuenit omni enti mobili. quia oẽ ens mobile est tp̃ale. ¶ Dõm q̃ tp̃ale accipit̃ duplr̃. Uno mõ put tp̃ale capit̃ p̱ illo qd̃ est mensurabile tp̃e. et sic est verum q̃ tp̃ale cõuenit omni enti mobili et sic nõ ẽ passio q2 passio debet inesse subiecto. sed qd̃ mẽsurat̃ tp̃e nõ est illud in quo est tp̃us. Alio mõ accipit̃ tp̃ale p̱ illo in quo natũ est esse tp̃s. sicut mobile in quo natus est eẽ motus. et sic tp̃ale ɔuenit solũ p̃mo mobili et nõ oĩ enti mobili. et iõ tp̃ale nullo modo põt esse passio intrinseca entis mobilis. Similiter dicendũ est de locabili.



Quoniam autem natura est prin-

Postq̃ Aresto. determinauit de principijs rerum naturaliũ. iam determinat d̃ passionib⁹. Et p̃mo oñdit q̃ de istis passionib⁹ est determinandũ in isto libro. et hoc p̃mo de motu deĩn de alijs. s. infinito loco vacuo et tp̃e. Primũ p̱bando ponit talem rõem. Phus naturalis habet determinare de natura sicut p̱batũ est prius. ergo hz determinar̃ de motu ɔñia tenz. q2 nõ p̃t ɔgnosci natura absq3 cognitõe motus. q2 ignorato motu necesse est naturã ignorare. et hoc iõ q2 motus ponit̃ in diffinitõe nat̃e. ʒ ignorata diffinitõe ignorat̃ ꝛ diffinitũ

Determinantibus enim

Hic oñdit q̃ naturalis phs hz determinar̃ de alijs passionib⁹. s. infinito vacuo loco et tp̃e. et hoc probat duab⁹ rõnibus. Prima est. phs naturalis hz determinare de motu sicut p̱batũ est. sed ista cõsequũtur motũ ergo ꝛc. qd̃ sic p̱bat. q2 mot⁹ p̱ se est continu⁹. continuũ aũt multotiens diffinit̃ p̱ infinitũ. ergo infinitũ spectat ad rõem motus ex rõne qua continuũ. Locus aũt habet ordinẽ ad motũ. q2 principalis species mot⁹ est motus localis. sed motus localis fit in loco. Et q2 nõ p̃t fieri motus localis s̃m antiquos sine vacuo g° etiã determinandũ est a pho naturali de vacuo. Et q2 tp̃us est mensura motus. sicut eñ locus est mensura mobilis ita tp̃us est mẽsura motus. q2 ergo phs nat̃alis hz determinare de motu ergo etiam de omnibus alijs.

Arguitur Motus nõ est p̱ se ɔtinuus. q2 ɔtinuitas est accñs. Mot⁹ g° nõ ɔuenit sibi p̱ se. ¶ Dõm q̃ duplr̃ aliqd̃ cõuenit alicui p̱ se. Uno mõ s̃m p̃mũ modũ p̱ se. et qd̃ sic conuenit alteri p̱ se est de sua diffinitõe. et illo mõ nõ ɔuenit motui eẽ cõtinuũ p̱ se. Alio ɔuenit alicui aliqd̃ p̱ se in s̃cdo mõ p̱ se. ꝛ hoc p̃t eẽ accñs p̱priũ. et sic ɔtinuũ eẽ p̱ se ɔuenit motui. q2 est passio ei⁹. ¶ Circa qd̃ ɔsiderãdũ q̃ d̃r in textu q̃ multotiẽs infinitũ ponit̃ in diffinitõe ɔtinui ad denotandũ q̃ continuũ habet triplicẽ diffinitõnẽ. Unã metaphisicalẽ q̃ dat̃ p̱ trãscẽdẽs sicut ista. Cõtinuũ est cui⁹ mot⁹ est vn⁹. et in illa diffinitõe nõ ponit̃ infinitũ. Alia est diffinitõ data p̱ viã cõpositõis sicut in p̃dicamẽtis vbi d̃r. Cõtinuũ est cui⁹ ptes copulãt̃ ad aliquẽ t̃minũ cõem. ex q̃ tal̃ diffinitio dat̃ s̃m viã ɔstitutõis ɔtinui. iõ d̃r dari s̃m viã cõpositõis. et in illa diffinitõe iterũ non ponit̃ infinitũ. Tercia dat̃ s̃m viã resolutionis. siue diuisionis. ꝛ in illa ponit̃ infinitũ. sicut dicimus q̃ ɔtinuũ est diuisibile in infinitum. et de illa loquitur textus.

Manifestum igitur est.

Hic ponit̃ s̃cdã rõ p̱bãs q̃ de istis hz determinare nat̃alis phs et est. de illis hz detminaẽ phisic⁹ que sũt cõia oib⁹ reb⁹ nat̃alib⁹. ʒ sic est de istis g° ꝛc. Maior p3. q2 in hoc libro phicoꝝ detminat̃ de cõib⁹ q̃ cõiter ɔueniũt enti mobili. ꝛ in libris sequẽtib⁹ fit ɔtractio. Minor p̱bat̃ q2 passiones hic ɔsiderate vl̃ ɔueniũt enti mobili ɔuertibilit̃ sicut mot⁹ et infinitũ. vel hñt ordinẽ ad ens mobile sicut tp̃s ꝛ loc⁹. que q̃uis nõ ɔueniũt oib⁹ entib⁹ mobilibus p̱ inherẽtiã tñ hñt ordinẽ ad oẽ ens mobile

Queritur Utr̃ ignorato motu etiã ignorat̃ nat̃a. ¶ Dõm q̃ sic. ꝛ rõ ẽ. q2 ignorato eo qd̃ ẽ de diffinitiõe alic⁹ necẽ ẽ etiã ipm diffinitũ ignorar̃. ʒ mot⁹ est de diffinitõe nature. g° ignorato motu necẽ est naturã ignorare. Maior p3 q2 diffinitũ ɔgnoscit̃ p̱ ptes diffinicẽtes sicut hõ ɔgnoscit̃ ex aĩali ꝛ rõnali. Minor patet q2 nomẽ nat̃e est nomẽ p̃ncipij. g° d̃r in ordĩe ad p̃ncipiatũ qd̃ est mot⁹. et si nat̃a capiat̃ absolute tũc etiã motus est de eius ɔgnitione q̃ ad cognitõem nr̃ãm. q2 nos ɔgnoscim⁹ naturã ex motu.

Queritur Utrũ cognito motu etiã cognoscat̃ nat̃a. ¶ Dõm q̃ sic. Cui⁹ rõ est. q2 effectus vniuoc⁹ alicui⁹ cãe ducit in cognitõem cause quo ad quid est et quo ad quia est. sed motus est effectus vniuocus nature ergo ducit in cognitionem nature s̃m propriam



Tercius

spēm et quo ad quid est. Pro declaratōe r̄ōnis sciendū q̄ dr̄iter effectus equiuoc⁹ ducit in ↄgnitōem cause et effectus vniuocus. q̄r effectus equiuocus ducit in cognitōem sue cause quo ad q̄r est si enī talis effectus est oportʒ p̄supponere cām eē et ideo ex effectu arguit q̄r est cause. sed effectus vniuoc⁹ ducit in ↄgnitōem cause quo ad q̄r est et etiā quo ad q̄d est. et r̄ō illius est. q̄r effectus vniuocus rep̄ntat cām quo ad vltimā dr̄iam cause. sed q̄r p̄ vltimā dr̄iam complet diffinitio iō talis effectus ducit in cognitionē ipsi⁹ cāe quo ad q̄d est. sed effectus equiuocus non rep̄ntat cām nisi s̄m quandā analogiā. et ideo nō pōt ex tali effectu cognosci quidditas cause.

Arguitur Cōtra minorē. Effect⁹ vniuoc⁹ est vni⁹ spēi cū causa sed motus nō est vni⁹ speciei cū natura. ergo nō est effectus vniuoc⁹ et p̄ ↄn̄s nō ducit in ↄgnitionem nature. Dōm q̄ dupl̄r aliquis effect⁹ dr̄ vniuocus. Vno mō q̄r est p̄cise vni⁹ speciei cū cā. sicut homo dr̄ effect⁹ vniuoc⁹ hoīs ⁊ sic est verū q̄ effect⁹ vniuocus ~~est vni⁹ speciei cū cā~~. Alio mō dr̄ effectus vniuoc⁹ q̄r est ↄporcionat⁹ et adequatus p̄ncipijs ipius cause. et sic quelibʒ ↄpria passio p̄t dici effectus vniuoc⁹. q̄r fluit ex p̄ncipijs ↄprijs speciei. ⁊ sic motus dr̄ effectus vniuoc⁹ ipsi⁹ nature. et ex vtroqʒ effectu vniuoco p̄t ↄgnosci cā quo ad q̄d est. q̄r effectus vniuoc⁹ qui est ↄporcionatus p̄ncipijs cāe ducit in noticiā essentialium p̄ncipiorū ex quib⁹ fluit talis effectus. et sic risibile est effectus vniuoc⁹ ↄporcionat⁹ p̄ncipijs hoīs et iō ducit in noticiā hoīs quo ad quid est.

Arguit Motus nō est effectus vniuoc⁹ nature etiam capiēdo scdō mō. ↄbat q̄r in diuersis naturis inuenit alius ⁊ ali⁹ motus. et sic nō est ↄporcionat⁹ nature. Dōm q̄ natura accipit dupl̄r. Vno mō s̄m genus. ⁊ sic motus s̄m genus est effectus nature s̄m genus. et sic ponit in diffinitōe eius. Alio mō accipit natura s̄m speciē. et sic specialis motus est effectus specialis nature. sicut motus deorsum est effect⁹ nature grauis. motus sursum est effectus nature leuis. et iō arest̄o. in p̄mo celi inuestigat nūm elementorū ex nūo motuū. q̄r illi motus sunt ↄnaturales illis corporibus simplicibus de quibus ibi determinatur.

Arguitur Motus qn̄qʒ ↄgnoscit vbi nō cognoscit natura. sicut patet de fluxu et refluxu maris. Dōm q̄ motus ducens in cognitōem nature est motus pure naturalis. et p̄ hoc excludit duplex motus q̄ non ducit in cognitōem nature. s. motus violentus. sicut motus lapidis sursum. ⁊ motus obedientialis. q̄r illi motus nō oriunt ex p̄ncipijs ↄprijs mobilis sed veniūt ab extrinseco. Motus enī obediētialis aduenit inferiorib⁹ corpibus ex obedientia supiorū corporū.

Querit Vtrū vniuersaliter sit verū q̄ si ignorato aliquo ignoret alterū. ergo ecōuerso cognito altero cognoscit alterum. Dōm q̄uis in hoc casu ↄposito scʒ de natura et motu. verū est q̄ ignorato motu ignorat natura. et cognito motu cognoscit natura. hoc tn̄ non est vl̄r verū. et r̄ō est q̄r qn̄qʒ multa cōcurrunt ad cognitōem alicui⁹ que oīa oportet cognosci anq̄ res cognoscat. pōt tn̄ res ignorari ignorata vna pte. sicut ad cognitōem hoīs requirit cognitio animalis et rōnalis. sed ad ignorantiā hoīs sufficit ignorantia vni⁹ ex illis.

Arguitur Prius p̄t cognosci absqʒ posteriori sed natura est prior motu ergo ⁊c. Dōm q̄ natura accipit dupl̄r. Vno mō relatiue et sic nō est verū q̄ natura est prior motu. q̄r relatiua sunt simul natura. sed sic nō pōt capi natura in scdō hui⁹. q̄r natura diuidit p̄ materiā formā et priuatōem que sunt de genere substantie sed nulla relatō habet speciem de p̄dicamento substantie. et sic nō posset illa diuisio dari in p̄dicamento substantie natura relatiue accepta. Alio mō pōt capi natura absolute. sicut capit scdō phorū. et sic adhuc capit dupliciter Vno mō s̄m modū nostre ↄgnitionis. et sic est impossibile cognoscere naturā sine motu. Alio mō pōt capi natura ex pte rei ↄgnoscibilis. et sic vtiqʒ natura pōt cognosci absqʒ motu. Et sil̄e est de rudibili et azino. quia manifestū est q̄ azin⁹ pōt ↄgnosci ex parte sui absqʒ rudibili. q̄r habʒ aliquā intrinsecam dr̄iam p̄ quā est cognoscibilis. s̄ non ex parte intellectus nostri. q̄r dr̄ia eius nō habet nomen impositū ergo intellectus nr̄ nō pōt cognoscere azinū sine rudibili. sic est de natura q̄ ad nos. s. q̄r nō est ↄgnoscibilis nisi p̄ motū. sed s̄m suā essentiā siue naturā est ↄgnoscibilis p̄ suam dr̄iam que est nobis ignota. et p̄ hoc pōt dici ad argumentum q̄ prius pōt cognosci sine posteriori nisi posterius sit de diffinitione prioris quod potest contingere in diffinitione descriptiua que datur quo ad nos p̄ passionem.



Arguitur Natura ꝛ ẽentia sunt idẽ / sed multe sunt essentie im mobiles ergo ille nõ cognoscunt̃ p motũ ¶ Dõm ꝙ natura põt accipi dupl̃r. Uno mõ generalit̃ p quacũqꝫ natura specifica. et sic dicim⁹ ꝙ gabriel alterius nature ꝙ̃ raphael. et sic est verũ ꝙ na tura põt ꝯgnosc̃ sine motu. Alio mõ accipit̃ natu ra ſm ꝙ diffinit̃ in scdõ hui⁹. et tunc natura non cognoscit̃ nisi ex motu. et p hoc põt aliud argumen tum solui qñ dr̃ ꝙ cõtingit naturã abstrahere a motu et sic ꝯgnosci. g⁹ nõ oportꝫ ꝯgnoscẽ naturã p motũ. qꝛ abstrahentiũ ñ ẽ mẽdaciũ. Dõm ꝙ qñ aliq̃ duo sic se hñt ꝙ vnũ ñ ẽ de diffinitõe alteri⁹ tũc vnũ põt abstrahi ab alio i pma opatõe itellect⁹ sed qñ vnũ est de diffinitõe alterius tũc nõ põt ab eo abstrahi sicut est de motu. qꝺ est verꝫ de diffini tione quo ad nos sicut dictũ est. ¶ Et si dicatur natura etiã cognoscit̃ p quietem g⁹ nõ solũ p mo tum. aña pbat̃. qꝛ natura lapidis est vt quiescat deorsum et natura ignis ꝙ quiescat sursuꝫ. Dõm ꝙ est duplex quies scꝫ in termino a quo ꝛ talis q̃es est priuatio motus et non ducit in cognitionẽ nature nisi forsan per accidens. Alia est quies in termino ad quẽ et talis quies est cõsummatõ mo tus sicut dr̃ in q̃nto hui⁹. et iõ p talẽ quietẽ põt etiam natura cognosci sicut p motũ. et hoc est qꝺ in diffinitõe nature dr̃ ꝙ natura est pncipiũ mo uendi et quiescendi qꝺ intelligit̃ de quiete que est in termino ad quẽ. sicut natura lapidis est prin cipiũ motus deorsum et etiam quietis.

Arguitur Contingẽs est ignorarẽ mo tum ꝛ etiã naturã ergo nõ est necessariũ. aña pbat̃. qꝛ multi ignorãt motũ et naturã. ¶ Dõm ꝙ duplex est necessitas. que dam est necessitas consequẽtis scꝫ qñ ꝯsequẽs est necessariũ in se et habet necessitatis sue causam in antecedẽte. sicut hic homo est aĩal rõnale ergo homo est risibilis. et tal̃ necessitas nõ est i ista p positione. Alia est necessitas consequentie. i. habi tudinis cõsequentis ad añs et talis est hic cũ dr̃ ignorato motu necesse est naturã ignorare. et ta lis necessitas põt esse in ꝯpositõibus contingenti bus. vt sortes currit ergo sortes mouet̃. et etiam in ꝯpositionib⁹ falsis. vt si azinus volat azinus habet pennas.

Est igitur aliquid ens

Hic aristo. ꝓsequit̃ determinatõem de his de qui bus dixit se determinaturũ. et pmo exequitur de motu. scdõ de aliis. qꝛ motus ẽ pncipalioꝛ passio entis mobilis. Primo ergo intẽdit ponere duas diffinitões de motu. scdõ ponit aliqua dubia de motu. Circa primũ inquirit pmã diffinitõem mo tus ex tribus diuisionib⁹. qꝛ sicut dr̃ scdõ posterio rum talis via est vtilis ad inuestigandũ diffini tõem. Prima ergo diuisio est ista. Entiũ aliud in actu aliud in potentia. et ista est diuisio analogi in sua analogata. qꝛ prius dr̃ ens de ente i actu ꝙ̃ de ente in potentia. qꝛ tñ ista diuisio est gene ralioꝛ ꝙ̃ entis in. x. predicamenta / ideo premisit istam diuisionem.

Arguitur Nullũ est ens in potentia quia ens dr̃ ab existẽdo. ſꝫ ens in potẽtia nõ existit ergo. ¶ Dõm ꝙ ens acci pit̃ dupl̃r. Uno mõ ſm pmã eius impositõnem. et sic ens dr̃ ens i actũ. qꝛ illa est significatio pn cipalioꝛ entis ꝙ̃ ens in potẽtia. Alio mõ accipit̃ ens ſm totã eius latitudinẽ. ꝛ sic ens in potẽtia etiã est ens. Et tũc ad argumẽtũ dõm ꝙuis ens in potentia nõ habeat ꝯpletam subsistentiã habꝫ tamẽ subsistentiã incõpletã. qꝛ subsistit essentiali ter p formã q̃e est actus eius.


Et eorum que sunt

Hic ponit̃ scdã diuisio et est. Entiũ in actu aliud est suba et hoc aliquid. aliud est quãtitas aliud ẽ q̃litas aliud relatio aut aliqꝺ alioꝝ pdicamentoꝝ.

Arguit̃ Ens qꝺ est in actu male diuidi tur p. x. pdicamenta. qꝛ ens in potentia etiã est in pdicamento. ¶ Dõm ꝙ ali quid dupliciter est in pdicamẽto. Uno mõ p se. qꝛ scꝫ est genus vel spẽs pdicamenti. et sic solũ ens in actu est in pdicamento. qꝛ pdicamentũ noiat coordinatõeꝫ generũ et spẽꝝ que sunt entia in actu. Alio mõ aliquid est in pdicamẽto reductiue. et sic etiam ens in potentia põt esse in pdicamento si cut materia est in predicamento

Sed eius quod ẽ ad aliquid

Hic ponit tertiã diuisionẽ ad inuestigandũ diffi nitõem motus et est ista. Relatiuoꝝ alia dicunt̃ ſm supabundantiã et defectũ. i. aliqua fundãt̃ in quantitate vt duplũ et dimidiũ. Alia dicunt̃ ſm actiuũ et passiuũ. i. fundant̃ in actione et passio ne. et illa pñt se tripliciter habere quia quedã fũ dant̃ in ipso actuali agere. sicut calefacere quod dr̃ relatiue ad calefactũ. Alia fũdant̃ in pteri ta actione. i. in egisse sicut relatio patris ad filiũ



quia nō dr̄ ille pater qui generat filiū ꝟ q̄ gn̄auit filiū. Alia fundant in futura actione siue in potentia agendi. sicut relatio dn̄i ad seruū. qr il'e dicit dn̄s qui pōt coercere seruū. Pōt ergo dari rō istius diuisionis. qr ista diuisio daꝛ ꝟm fundamēta relationis. ꝟ sunt tria fundamenta relatōnis scꝫ quātitas actio et passio. ergo ista diuisio est trimembris

Querit Quē ordinē habꝫ mot⁹ ad istas tres diuisiones. Dōm ꝙ ex istis tribus diuisionib⁹ pōt aliqualiter natura motus cognosci. qr ex p̄ma diuisione ꝯgnoscit ꝙ motus est ens in potentia. Ex scd̄a ꝯgnoscit ꝙ motus est reducibilis ad p̄dicamentū. Ex tercia cognoscit ꝙ motus consistit in quadā ꝯparatione siue habitudine mouētis ad motum.

Arguitur Motus est de p̄dicamēto absoluto ergo nō est in p̄dicamento relationis. Dōm ꝙ motus accipit dupl'r. Uno mō q̄tum ad suā eēntiā. et sic est de p̄dicamento absoluto. qr est eiusdem eēntie cū ṫmino ad quē. et ṫmin⁹ ad quē motus est de trib⁹ predicamētis scꝫ q̄titate qualitate ⁊ vbi. Alio mō accipit motus q̄tū ad suū esse. et sic motus habet in se tres relationes que spectant ad esse motus scꝫ ad mouens ad subiectū et ad terminū. q̄ relationes si nō sint in forma tunc forma non dicetur motus vt infra dicet.

Arguit Est tm̄ vnū subiectū relatiuorū ergo est tm̄ vnū fundamentum relatiuorum. Dōm negando ꝯn̄am. qr aliud est esse subiectum relatiuoꝝ et eē fundamentum eorum. qr fundamentum relationis est quo mediāte alicui subiecto innascitur relatio siue respectus relatiuus. sed subiectū relatiuoꝝ est in quo subiectatur relatio. Exempli grā. Duplū est vna relatio q̄ est in ligno sicut in subiecto et est in q̄titate ipi⁹ lignū sicut i fundamēto. qr dupla quātitas est id quo mediāte ligni innascit ille respectus scꝫ duplū. Sil'r est de p̄ṫnitate. qr sb̄a patris est subiectū paṫnitatis et actio generatiua patris est fundamentū paternitatis. qr p actionē generatiuā innascit alicui relatio paternitatis

Querit Quare alia p̄dicamēta nō hn̄t fundamentū sicut relatiuū. Dōm ꝙ iō qr substantia est pfectissime entitatis. ⁊ rela° est ipfectissime entitatis. cū g° n̄ possꝫ fieri exitus de extremis in extrema nisi p mediū oportet ꝙ relatio fundet in sub̄a p quedā accn̄ia media. et illa media accn̄a dicunt fundamēta sicut dictū est. et iō accn̄s p̄t etiā eē fundamentum

Arguitur Creatio ē relatio fundata in substātia creature qr sub̄a creature est creata seclusis oībus accidētibus. ergo sub̄a nuda pōt eē fundamentū relatōnis. Dōm ꝙ relatio creature fundat in reali passione ipi⁹ creature. q̄uis em̄ actiua creatō nō sit actio p̄dicamētalis. qr est ipsa sub̄a diuina. tn̄ creatio passiua est realis passio ipi⁹ creature. et ideo in passione q̄ est realiter in creatura p̄t fundari realis relatō ad creatorē. sed in creatore est solū relatio ꝟm dici ad creaturā.

Arguitur In qualitate etiam fundat relatio sicut ptꝫ de sil'itudine et scia. Dōm est ꝙ nūq̄ relatio sūdatur in qualitate nisi inq̄tū accipiat in ordine ad quātitatē vel ad actionē vel passionē. ꝟm ordinē ad q̄titatem sicut ptꝫ in sil'itudine. qr sil'itudo fundatur in vna qualitate specifica que tn̄ est diuidenda ꝟm nūm: et qr distinctio nūalis spectat ad q̄titatē discretā. iō sil'itudo fundat i qualitate ꝟm ꝙ habet ordinē ad q̄titatē discretā. qr sil'itudo est rerum differentiū nūo ⁊ tn̄ hn̄tiū vnā q̄litatem in spē. Scia est relatio et etiā dn̄s q̄ fundat in q̄litate p ordinē ad actionē et passionē. qr dn̄s dicitur ex poẽa actiua cohercendi. talis aūt potētia habet ordinē ad actionē cohercitiuā. Sil'r scia agit in scibile speculatiue. et iō etiā scia fundat in qualitate p ordinē ad actionem.

Non est autem motus

Postq̄ aresto. posuit supius tres diuisiones ad inuestigandū diffinitōem motus. nunc ꝯn̄r ondit quō motus reducit ad istas diuisiones. et p̄cipue quō reducit ad scd̄am diuisionem. qr scd̄a diuisio aliqualiter ꝯtinet alias diuisiones. Uult ergo ꝙ dupl'r motus reducit ad scd̄am diuisionē que est entis in. x. p̄dicamēta. Primo reducit motus ad p̄dicamēta q̄tū ad ṫminos motus. qr tot sunt species siue ṫmini mot⁹ quot sunt genera rerū. quia oīs mot⁹ vel ē ad sub̄am vel ad quātitatē vl' ad q̄litatē vel ꝟm locū. nō em̄ p̄t se mot⁹ haberꝫ sicut aliq̄d cōe ad p̄dicamēta. qr p̄n̄ta nō hn̄t aliq̄d cōe scꝫ vniuocū sup̄ se. Nec etiā p̄t dici ꝙ mot⁹ significet aliquā naturā extra p̄n̄ta. qr nihil ē extra. x. p̄n̄ta. Un̄ est ꝯsiderandū ꝙ p istū textū excludūt duo errores. pm⁹ ē ꝙ mot⁹ eēt an̄ p̄dicamēta q̄si aliq̄d exn̄s extra p̄dicamēta. Scd̄s ē ꝙ mot⁹ eēt

ſupra ꝑdicamēta quaſi gen⁹ ad ipſa Scđm erro-
rem excludit primo cū dicit ꝙ cōe his nullum eſt
accipe Primū āt errorē excludit cū dicit ꝙ neqꝫ
mot⁹ neqꝫ muta° ē extͣ ꝑñta cū nihil ſit extra ea.

Vnumquodqꝫ autem

¶ Hic oſtendit quō reducit motus ad predica-
menta ſm ſilitudinem. et vult ꝙ ſicut in quoli-
bet genere repitur aliqđ vt ꝑfectū ⁊ aliqđ vt im-
perfectū ita etiā in oī gnē motus·qꝛ i genere qđ
ē ad ſubſtantiā iuenit̄ generatio tāq̄ ꝑfectum
et corruptio tāq̄ imꝑfectū ·in gnē quātitatis iue-
nitur augmētatio tāq̄ aliqđ ꝑfectū et diminutio
tanq̄ imꝑfectū·Et in alteratione qñqꝫ ꝓcedit ad
ꝑfectā formā qñqꝫ ꝓceditur ad imꝑfectā.ſicut mo-
tus calefactōis eſt ad ꝑfectiorē formā q̄ motus
ſrigeſactōnis. Ex quo patet ꝙ iſta ꝓpō mot⁹ di-
uiditur ſicut ens poteſt dupl'r intelligi. Vno pe-
nes t̄minos ſic ꝙ ſūt tot ſpecies motus quot ſūt
genera in q̄bus terminat̄ motus·et ſic intelligit̄
textus ꝑdict⁹ añ iſtū·Alio° motus reducit̄ ad ꝑ-
dicamēta ꝑ aſſimilationē qꝛ ſcꝫ eodem mō diuidū-
tur predicamēta et motus ſm ꝑfectū et imꝑfcm̄
et iſto mō intelligit̄ iſte textus.

Queritur Vtrum motus ſit eiuſdem
eſſentie cū t̄mino ad quem
Dōm ꝙ ſic Quod patet auctoritate et rōne. Au-
ctoritate ariſtotilis in q̄nto hui⁹ dicentis in ꝑn°
ꝙ motus denoiatur a termio ad quē ⁊ ꝙ ñ habꝫ
ſpēm a termino a q̄ ſed a termio ad quē ⁊ poſtea
de cōtrarietatib⁹ motuū dicit ꝙ ſicut mot⁹ habet
ſpēm a termio ad quē·ita etiā habet cōtrarietatē
Ratōe ꝓbatur ſic vnūquodqꝫ ſumit ſpēm ab aliq̄
indiuiſibili ſed termin⁹ motus ē ſtans et indiuiſi-
bilis·añ terminū aūt eſt ſucceſſio ⁊ diuiſibilitas
ergo a termino motus ſumit ſpeciē· maior patet
quia ſpēs rerū hn̄t ſe ſicut numeri ſed numerus
ſumit ſemꝑ ab aliquo indiuiſibili qꝛ ab vltia vni-
tate q̄ dat ſpeciem numero.

Arguitur Termin⁹ motus ē diſtans
a motū ergo motus nō po-
teſt ſumere ſpeciē a termio ad quēꝫ·qꝛ nihil ſumit
ſpēꝫ ab aliquo extrinſeco ⁊ diſtante ¶ Pro rñſio-
ne ſciendū ꝙ quidā dicūt ad iſtud argumentū ꝙ
duplices ſunt res·aliq̄ ſunt res que habent ſuum
principiū ſpecificās extra ſe·ſicut hitus ⁊ potētie
quia hitus ſpecificant ꝑ actus. et actus ſunt ex-
trinſeci habitib⁹ et ſil'r potentie diſtinguunt ꝑ ob-
iecta que ſunt eis extrinſeca et ſm hoc dicūt illi
ꝙ motus etiā ſit ſpecificat̄ ab aliquo extrinſeco·
Sed iſtud inconueniens dicitur qꝛ ē duplex ſpecifi-
catio quedam ē circūlocutiua ⁊ iſta ꝑt eē ꝑ aliqđ
extrinſecū.circūloq̄mur eīm diſtinctionē ſpecificā
potentiarū ꝑ actus et obiecta·Alia ē ſpecificatō
ꝓprie dicta et iſta nūq̄ ꝑt eē extrinſeca illi quod
ſpecificat ¶ Vnde melius ſic dicit̄ ꝙ dupl'r aliquid
habet in ſe principiū ſpecificans. Vno modo ſm
eſſentiā tm̄ ⁊ ñ ſm eē.ſic motus habꝫ itra ſe ꝑn-
cipiū ſpecificās·qꝛ forma fluēs in motu ſpecificat
motū que ē intrinſeca motui·et q̄uis iſta in mo-
tu nō ſit ꝑfecta ſm eē eſt tamē ꝑfecta ſm eēntiā·
Aliud eſt qđ habet intra ſe principiū ſpecificās
tā ſm eēntiam q̄ ſm eē ſicut ſube que non ſuſci-
piūt magis ⁊ min⁹ Vnde patet ꝙ motus ſpecifi-
catur a t̄mino ad quē qui ē i motu eēnalit̄. Et dꝫ
notāt̄ ꝙ motus ē eiuſdē eēntie cū t̄mino ad quē ſ
non dicit̄ ꝙ ſit eiuſdē eſſe quia hoc nō eſt verum



¶ Querit̄ ergo quid ſit motus eēnaliter ¶ Dōm
ꝙ eſt ipſa forma fluēs in motu exēpli grā·motus
calefactionis ē ipſe calor nō qualitercūqꝫ acceptus
ſed fluēs id ē tendēs ab eē imꝑfcō ad eē ꝑfectum
et iō mot⁹ calefactōis nō ſignificat calorē ſicut ē
i igne qꝛ ille nō tēdit ab eſſe iꝑfecto ad eē ꝑfectū
ſꝫ calorē in aqua ſm ꝙ iſte calor accipit ꝑfectius
eē in ſubiecto·Quod iterū notant̄ dꝫ quia calor
in aqua ꝑfecte et ſūme calida nō eſt motus q̄a
talis calor nō tendit ab eē imꝑfecto ad eē ꝑfectū

Queritur Vtrum ꝓceſſus ab eē imꝑ-
fecto ad eſſe ꝑfectū aliquid
addat ſupra formā ¶ Dōm ꝙ ſic qꝛ addit ſupra
formam tres reſpectus ſiue relationes ſcꝫ admo-
uēs qđ ꝑficit illā formā in mobili.et ad ſubiectū
qđ illam formā ꝑfectius recipit et ad terminū ad
quē·quē ipſa forma ꝑfectius acq̄rit·Et rō illius ē
quia motus ē forma fluēs in motu vt dictū eſt ſꝫ
forma nō fluit in motu niſi quia mobile mouet̄ a
mouēte ⁊ ꝑficit̄ i mobili et accipit t̄minū ad quē
exēpligrā calor ñ fluit ad accipiendū ꝑfectius eē
niſi ꝑſēte igne·Dꝫ gͣ formā referri ad iſtaca ſi for-
ma debeat dici motus.

Arguitur Ergo motus realit̄ differt
a t̄mio ad quem·quia rela-
tio ad mouens eſt realis quia ē relatio effectus
ad cām efficiētē ⁊ diſtiguūt̄ realit̄ a forma ¶ Dicē-
dum ꝙ motus accipit̄ dupl'r. Vno mō ſm ſuam
eēntiam et ſic iſte relationes nō ſpectant ad mo-
tum quia eēntia motus eſt forma fluens.⁊ ſic eſt
verū ꝙ motus nō diſtinguit̄ a t̄mino ad quē ſcili-



ſet ꝑm eēntiā. Alio mō accipit motus ꝑm ſuam ſubſiſtentiā et eē. et ſic iſte relatōes ſpectant ad motum. et tūc mot⁹ acceptus ꝑm eē p̄t hr̄e realē ꝯ diſtinctōem ꝯtra eſſentiā forme. et ſilr̄ ē de hoie qꝛ ſi capiat hō ꝑm ſuā ſubſiſtētiā tūc hꝫ realem diſtinctōem ab hoīe accepto ꝑm eſſentiam ꝯpē eſſe exiſtētie hois qḋ diſtinguit realr̄ ab homine.

Querit̄ Vtꝝ motus ſit in aliquo p̄dicamēto. ¶ Dicendū q̄ dupliciṫ aliqḋ eſt in p̄dicamēto. Vno mō p ſe qꝛ eſt genus vel ſpēs alicui⁹ p̄dicamēti. et ſic motus nō eſt in aliquo p̄dicamento qꝛ motus trāſcendit tria p̄dicamēta. qꝛ repitur i qualitate q̄titate et vbi. vel repitur in quatuoꝛ capitlo motū cōiter ꝓut extendit ſe ad mutatōeꝫ ꝓpꝛedictā. Alio mō aliqḋ eſt in predicamēto reductiue qꝛ ſcꝫ eſt aliqḋ impfectū in predicamēto et reducibile ad naturā pfecti. et ſic motus ē in predicamēto. qꝛ motus reducitur ad predicamētū ſubē loquēdo de motu generatōis et corruptōis. vel ad predicamētū q̄titatis loquēdo de motu augmentatōis et diminutōnis. et ſic de alijs. Vn̄ patet q̄ mot⁹ in cōi nō reducit ad aliqḋ predicamētū ſ; ꝑm ſuas ſpēs.

Arguitur Motus ē in predicamēto ꝑm ſuas ſpēs. ergo nō reductiue. Añs ꝓbat. qꝛ hꝫ p ſe eſſentiā predicamenti. et vnūqḋq; ponit in predicamēto ꝑm ſuā eēntiā. Dicendū q̄ duplr̄ aliqḋ reducitur ad predicamentū. Vno mō ꝑm eſſentiā. qꝛ ſcꝫ ipm nō habet eſſentiā predicamēti ad qḋ reducit. et ſic ptes integrales et eſſentiales ſubſtātiaꝝ ſt reductiue i p̄dicamēto. Exēplū de ptib⁹ eſſentialib⁹ vt aīa. de ptib⁹ integralib⁹ vt man⁹ et caput qꝛ nullā habent eſſentiā pſe ꝑm q̄ ſt ptes. Alio mō reducit aliqḋ ad p̄dicamētū ꝑm eſſe ſiue ꝑm denominationē qḋ tn̄ eſt i p̄dicamēto ꝑm eſſentiā. ſicut dicit Ariſto. in p̄dicamento q̄litatis de paſſionib⁹ ſcꝫ q̄ ſunt minime q̄litates. qḋ nō eſt verꝫ quo ad eſſentiā qꝛ habēt eſſentiā pfectam qualitatis. ſ; quo ad denominatōem qꝛ ſubiectū nō denominat penes tales qualitates. Et iſto mō mot⁹ reducit ad p̄dicamētū qꝛ hꝫ pfectaꝫ eſſētiā p̄dicamēti ſ; n̄ pfectū eē.

Arguitur Perfectū et impfectū dr̄nt ſpē vt ptꝫ de hoie et aſino ſ; mot⁹ et ſuus termin⁹ dr̄nt ſicut pfectū et impfectū ergo dr̄nt ſpē. ¶ Dōm q̄ pfectū et impfectū accipiūtur duplr̄. Vno mō ꝓut repiunt in diūſis ſpecieb⁹. et ſic dr̄nt ſpē ſicut pfectū in hoie et impfectū in aſino. Alio mō ꝓut inueniunt in vna ſpē. et ſic nō dr̄nt ſpē. ſicut impfect⁹ hō puta puer nō dr̄t a pfecto hoie ſpē. Rō ē qꝛ i diūſis ſpēb⁹ pfcm̄ ꝛ impfectū ſt differētie ſpecifice ſicut pfectū in hoie qḋ eſt rōnale ꝯſtituit ſpēm in hoie. et impfectū i aſino qḋ eſt rudibile ꝯſtituit ſpēm in aſino. Sed pfectū et impfectū ſt modi accidētales in eadē ſpē qui nō faciunt diūſitatem ſpecificā. et hoc p̄t ex illo ꝯgnoſci. qꝛ impfectio p̄t ſepari ab impfecto i eadē ſpecie ſicut puer ſit vir. et illo mō dr̄nt mot⁹ ꝛ ſu⁹ termin⁹. Pōt eī motus pfici accidētalr̄. i. ꝑm ſuū eſſe. Et iō illa īpfectō nō eſt de rōe mot⁹. cū tm̄ ei īpfect⁹ i aq̄ p̄t fieri pfect⁹ nō variādo ſpēm.


Arguit̄. Si motus ē forma q̄ habetur i termino. tūc termin⁹ eſt acquiſitus añ terminū motus. Vel tūc eſt forma acquiſita añ terminū motus. ꝓbat qꝛ motus eſt forma et eſt ante ṫminū. ¶ Dicendū q̄ forma in motu accipit dupliciter. Vno mō ꝑm eſſentiā et ꝑm eſſe impfectū. ꝛ ſic eſt acq̄ſita añ ṫminū mot⁹ ſicut qn̄ aqua caleſit tūc in aq̄ eſt caloꝛ ꝑm eē īpfectū ante terminū mot⁹. Alio mō accipit ꝑm eē pfectū et ſic nō habet niſi in ṫmino motus. ſicut etiā ē dōm de forma in motu q̄ ꝑm eē īpfectū habet ante terminū. et ꝑm eē pfectū habetur ſolū in termino.

Arguit Illa nō ſunt eadem q̄ hn̄t oppoſitas ꝯditōes ſ; mot⁹ et terminus hn̄t oppoſitas ꝯditōes g° nō ſunt idē. Minoꝛ ꝓbatur qꝛ mot⁹ ē ſucceſſiu⁹ et termin⁹ ē pmanens. ¶ Dōm q̄ duplices ſunt ꝯditōes reꝝ. q̄dā ſunt q̄ oriūtur ex intriſeca natura reꝝ. et tales arguunt diſtinctōes ſpecificas i reb⁹ quaꝝ ſunt ꝯditiones. et ſic hō ꝛ aſin⁹ dr̄nt ſpē qꝛ rudibile ꝛ riſibile dr̄nt ſpē. Et ꝑm hoc ꝯſueuit dici q̄ accidēs et ſubiectū ſunt diūſa. qꝛ hn̄t diūſas ꝯditōes. ꝛ etiam diūſe ſpēs ſub eodē gnē. Alie ſunt ꝯditiones accidētales q̄ nō oriūtur ex naīa rei. ꝛ tales nō arguūt eēntialē et ſpecificā dr̄iam ſ; ſolū accidētalē. ꝛ ꝑm illā dr̄iam vnū ꝛ idē p̄t differre a ſe ipſo ꝛ ſic eſt de motu ꝛ ṫmio ad quē. Et ſilr̄ ē de caloꝛe pfcō et īpfecto q̄ nō pn̄t ſe cōpati i eodem ſubiecto ꝛ tn̄ maifeſtū ē q̄ nō diſtiguūt ſpē licet hēant oppoſitas ꝯditōes.


Arguit Illa nō ſunt eiuſdē eēntie quoꝝ vno poſito remouet aliud ſ; ſic ē de motu ꝛ ṫmio ad quē. qꝛ poſito ṫmio remouet mot⁹. ¶ Dōm q̄ mot⁹ ſumit duplr̄. Vno° ꝑm ſuā eēntiā. ꝛ ſic mot⁹ nō remouet aduenīēte termino ymo tūc mot⁹ pficit ſicut dt̄ ariſt. i q̄nto h⁹ q̄ q̄ eſt i ṫmio ad quē ē ꝯſūmatio mot⁹. Alio° accipit

motus q̄tū ad suū ee̅ et tūc ē ve᷑ φ aduenīente termīo mot⁹ abijcit q̄ꝛ ipsc̄tio a motu abijcit in q̄ cōsistit ee̅ motus.

Arguitur Si motus ē eiusdē essentie cū t̄mino tūc vnus et idem motus ee̅t in diuīsis p̄dicamētis·q̄ꝛ vn⁹ et idē motus h̄ꝫ termīos diuīso᷑ p̄dicamento᷑·sicut termīnus generatōis est suba et figura. ¶ Dōm φ duplex ē termin⁹ in motu·q̄dā est intrisecus et imediatus et ille ē tm̄ vnus et ab illo motus h̄ꝫ suā sp̄ēm· Dr̄ āt termin⁹ intrinsecus q̄ imediate acq̄ritur in mobili p̄ motū· Alius ē termin⁹ extrinsecus mediat⁹ et ꝯsecutiu⁹ in motu q̄ scꝫ seq̄t ad p̄mū t̄minū motus· et sic mot⁹ p̄t h̄r̄e multos t̄minos·q̄ꝛ multa accidentia p̄n̄t ꝯe qui ad formā que acquiritur p̄ motum.



Arguitur Videt φ vn⁹ et idē motus h̄eat plures t̄minos intrīsecos vt mot⁹ q̄ fit de albo i nig᷑ ē p̄ medios colores·q̄ fit p̄ multos t̄minos. ¶ Dōm φ dupl̄r fit mot⁹ ab vno extremo colore in aliū extremū per medios· Vno⁹ sic φ in medijs colorib⁹ fit stat⁹·⁊ tūc sunt multi mot⁹ s̄m φ sunt multi termi·sicut si motus de albo in rubeū fieret ibi sistēdo et postea a rubedie in nigredinē tūc p̄mus mot⁹ ē rubefactōis ⁊ scd̄s ē mot⁹ nigrefactōnis· Alio⁹ fit motus ab extremo i extremū ꝯtinue p̄ medios colores sic φ nō sit stat⁹ et tūc ē tm̄ vnus mot⁹ habēs vnū t̄minū·q̄ꝛ medij colores nō dāt sp̄ēm cuꝫ icis n̄ sit stat⁹·⁊ sic q̄libet mot⁹ h̄ꝫ tm̄ vnū t̄minū



Arguitur Generatō ⁊ corruptō sūt diuīsi motus ⁊ tn̄ habent vnū t̄minū scꝫ ee̅ vel subām ¶ Dōm dupl̄r· Pri⁹ φ i generatōe ⁊ corruptōe nō sunt plures t̄mini positiui s̄ tm̄ vnus scꝫ ee̅·sunt tn̄ ibi plures t̄mini q̄᷑ vnus ē positiuus scꝫ ee̅ ⁊ alius p̄uatiu⁹ scꝫ nō ee̅ ·⁊ p̄t aliq̄ mutatio scꝫ p̄uatia h̄r̄e t̄minū p̄uatiuū sicut corruptō· Scd̄o dōm φ q̄uis sit vnus t̄minus tm̄ positiuus tn̄ generatō ⁊ corruptio h̄n̄t illū t̄minū sub oppositis mōis·q̄ꝛ generatio tēdit ad illū t̄minū sicut illū accipiēs et corruptio recedit ab illo t̄mio sicut ab eo recedēs s̄ accessus ⁊ recessus ab eodē t̄mio faciūt ꝯtrarietatē in mutatōibus sicut ptꝫ i q̄nto huius s̄ q̄ꝛ ꝯtrarietas ē dr̄ña s̄m sp̄ēm·x·metaphisice ideo ex cōsequenti differunt specie.

Queritur Utrū motus sit fluxus forme supadditus ¶ Dōm φ nō s̄ ē ipsa met forma ⁊ iō ista locutio motus ē tendētia sic exponit·i·forma tēdēs·⁊ h⁰ sic ꝓbat· q̄ꝛ si motus significet fluxū forme sup̄additū·tūc fluxus ee̅t aliq̄d realit̄ distinctū a motu et a forma fluente ⁊ p̄ ꝯn̄s motus nō susciperet sp̄ēm a t̄mio·q̄ꝛ motus ee̅t oino diuīsus a t̄mio s̄ h⁰ ē ꝯtra aresto·i multis locis. Itē si fluxus ee̅t res i determinato p̄dicamēto φ necesse ē dicē si sit res real̄ seq̄ret φ motus habēt t̄minū i diuīsis p̄dicamētis et flux⁹ ee̅t i vno p̄dito·⁊ sic fluxus motus et mot⁹ ee̅nt res oino disparate·⁊ sic oporteret fluxū ponē in alio p̄dicamēto a motu φ nullus ph̄o᷑ vnq̄ dixit· Itē motus ⁊ t̄minus dr̄n̄t sicut p̄fectū ⁊ ip̄fectū i eadē sp̄ē g⁰ n̄ ē specifica dr̄ña·et sic nō p̄t dici φ motus significet fluxū realiter a t̄mino distinctū·q̄ sunt eiusdem sp̄ēi.

Arguit̄ Si motus nō ee̅t aliud q̄ t̄minus tūc calor ee̅t motus φ ē falsū· ¶ Dōm φ calor accipit dupl̄r· Uno⁰ s̄m se et absolute·⁊ sic nullo mō ē motus·q̄ꝛ i q̄cūq̄ꝫ ē motus hoc mouet· Si g⁰ calor absolute acceptus ee̅t motus ergo i q̄cūq̄ꝫ ee̅t calor hoc mouet q̄ᵈ est falsū·q̄ꝛ ignis ē calid⁹ ⁊ tn̄ s̄m calefactōeꝫ nō mouet· Alio⁰ accipit calor s̄m φ ē i aliq̄ subiecto tēdēte ab ee̅ ip̄fecto ad ee̅ p̄fectū·⁊ sic calor ē motus· Exempli grā calor q̄ est i aqua tepida tendente ad p̄fectum calorem est motus.

Diuisio autem· Postq̄ arest· posuit tres diuisiōes ad inuestigādū diffinitōes motus· Hic ꝯn̄r poit p̄mā diffinitōꝫ ⁊ postea eā ꝓbat.diffinit ei sic motum· Motus ē endelechia·i·actus entis in potēa s̄m φ h̄mōi·⁊ ꝓbat illā diffinitōeꝫ exēplariter· Prio q̄ꝛ altatio ē actus altābil̄ s̄m φ alterabile augm̄tatō ē actus augm̄tabilis s̄m φ augm̄tabile· Diminutō ē act⁹ diminuibil̄ s̄m φ diminuibile·loci mutatō ē actus locabil̄ s̄m φ locabile·⁊ generatō ē actus generabil̄ s̄m φ generabile· Ex quo dat itelligi φ aristo·h̄ extēdit motū ad mutatōem q̄ꝛ hic exemplificat de generatōe· Un̄ itellectus diffinitōis ē motus ē actus·ibi poīt act⁹ loco generis q̄ꝛ sicut dcm̄ ē·motus ē forma fluēs i motu·s̄ q̄ꝛ dcm̄ ē φ forma n̄ q̄liťcūq̄ꝫ accepta ē motus·s̄ s̄m φ tendit ab ee̅ ip̄fecto ad ee̅ p̄fectū igit addit i diffinitōe actus ētis i potēa ·i·subiecti q̄ᵈ est in potētia ad p̄fectōnē illius forme· Et addit s̄m φ h̄mōi·i·s̄m φ stat actualiter sub illa potētia·i·s̄m φ actualiter tēdit ad p̄fectōnē formā·et iō aqua q̄ ē ip̄fecte calida h̄ꝫ potētiā ad p̄fectōnē calorem tn̄ nō dr̄ moueri nisi s̄m φ actualiter

tendit ad maiorem pfectōem illius forme.

Arguit Auicēna ponit aliā diffinitōnem mot⁹. qꝛ dīt ꝙ mot⁹ est exitus de poñā ad actū nō subito. ergo ista diffinitio nō ē bñ posita. ¶ Dōm ꝙ ista diffinitō auicēne ñ est bona ꝓpt̄ duo. Pꝛio qꝛ i illa diffinitōe mot⁹ ponit exitus q̄ ꝑt spēm mot⁹ local. ꝭ nō dꝫ gen⁹ diffiniri p spēm. ergo incōueniēt̄ diffinit mot⁹ p exitū. Scđo nō valet ex q̄ addit nō subito. qꝛ subitum iportat tp̄s. ꝭ tp̄s ē posteri⁹ motū cū sit passio ei⁹ ꝗ̄ diffinitō dꝫ dari p p̄ora. Ex q̄ patet ꝙ nō potuit mot⁹ alit̄ diffiniri p p̄ora ꝙ̄ ꝭ diffinit. qꝛ etiā in q̄stione p̄us mota dictū fuit ꝙ mot⁹ cōit̄ accept⁹ trāscendit q̄dā p̄dicamēta nō potuit motus alit̄ diffiniri ꝙ̄ p trāscendentia. cū ergo actus et poñā tāꝙ̄ dn̄e entis p̄cedāt p̄nta. sic mot⁹ diffinit⁹ est p actū et potentiā sicut p q̄dā p̄ora. Est eīn mot⁹ forma q̄ est i subiecto qđ ē in poñā ad pfectiōem illi⁹ forme. sicut calor in aq̄ q̄ tendit ad pfectius esse caloris vocat mot⁹. et intelligit hoc ex diffinitōe cū dꝛ actus. i. forma. entis i potētia i. subiecti qđ est i poñā ad vltiorem pfectōem ꝭm ꝙ huiusmodi.

Arguitur Si mot⁹ est actus vel est actus p̄mus vl scđs. ¶ Dōm ꝙ motus accipit dupl'r. Vno mō p forma fluente i motu absolute. et sic q̄nq; est actus p̄mus sicut patet de motu generatōis. qꝛ generatō ē forma subal. Q̄nq; motus est act⁹ scđs sicut ē mutatō accn̄talis. qꝛ tal mot⁹ t̄minat ad actuꝫ siue ad formā accidētalem. Alio mō accipit mot⁹ ꝭm ꝯditōem forme q̄ est i motu. et sic motus sp̄ pt̄ dici actus p̄mus qꝛ cōditio forme i motu est ꝙ forma sit ipfcā. ꝭ ipfcm̄ est p̄us pfcō. et hoc ē ꝙ aliq̄ dicūt ꝙ motus est actus p̄mus in ordine ad pfectōem forme quā recipit in t̄mino ad quem.

Arguitur Ex isto seq̄ret ꝙ idē esset in actū et i poñā. pbat. q̄a mobile est i actu p motū et i poñā ad pfectius eē. ¶ Dōm ꝙ nō est icōueniens idem esse i actu et i poñā respcū diūsoꝝ. qꝛ idem mobile p eandem formā scꝫ motū est i actu et i poñā. i actu ꝭm formā ipfcām et i poñā ꝭm formā pfcāꝫ. Exēpli grā. aq̄ ipfecte calida q̄ hꝫ motū calefactōis ē i actu ꝭm calorē ipfectū et in potētia ꝭm calorem pfectum quem adhuc non habet.

Qd āt sit Postꝙ̄ aresto. posuit diffinitōem mot⁹. nūc maifestat eā et p̄mo manifestat singulas ptes. scđo diffinitionē totā. p̄mo p̄mā pt̄ē sic maifestat. Illud q̄ aliq̄d sit i actu p̄us i potētia exn̄s h⁹ ē act⁹ ꝭ p motū aliq̄d sit i actu p̄us i potētia exn̄s g° motus est act⁹. Maior ptꝫ. qꝛ nihil sit i actu nisi p actū siue formā. Minor ptꝫ. qꝛ i motu aliq̄d acq̄rit formā quā p̄us nō habuit. vt i calefactōe acq̄rit calor et sic p motū potētia calidū fit actu calidum.

Arguitur Añ motū etiā mobile est i potētia g° nō eīn i motu. ¶ Dōm ꝙ dn̄t mobile ē in potētia añ motū et in motu. qꝛ añ motū ē in potētia simpl'r scꝫ tā ad actū pfcm̄ ꝙ̄ ad ipfcm̄. vt aq̄ añ motū calefactionis ē in potētia tā ad calorē pfectū ꝙ̄ ipfcm̄ sed mobile sub motu exn̄s ē solū in potētia ad actuꝫ pfectū. qꝛ tūc hꝫ i se actū ipfcm̄. et iō bñ dt̄ aresto. ꝙ p motū aliq̄d in potentia exn̄s sit in actu

Quoniam aūt Hic pbat scđā pticula diffinitōis scilicet ꝙ mot⁹ ē act⁹ entis i potētia et stat pbatio i hoc. ois act⁹ ē act⁹ ei⁹ i q̄ sp̄ iuenit ꝭ mot⁹ sp̄ iuenit i ēte i poñā g° mot⁹ ē act⁹ ētis i poñā. Maior ptꝫ. qꝛ hoc ē de rōe forme natal ꝙ sp̄ iueniat i suo ꝓprio subiecto. Minor patet qꝛ aliq̄d dꝛ moueri ex hoc. qꝛ ducit de potētia ad actū p motū. opoꝛtet ergo ꝙ illud qđ mouet sit i potētia et ergo si aliq̄d ē solū i actu ip̄m ē imobile. sicut patet de p̄mo mouēte imobili. ꝛ si aliq̄d ē sil' i actu et i potentia ip̄m sil' mouet et mouet. et iō agentia natalia mouent et mouet a seiuicē. Cui⁹ rō ē qꝛ actus. i. forma agentis est i potentia i patiente. qꝛ patiēs ꝑt eā recipe. exēpli grā. man⁹ calida calefacit pomū frigidū. ꝛ pomū frigidū frigefacit manū. et hoc ē qđ dꝛ i p̄mo de generatōe ꝙ omē agēs phisicū qđ agit p ꝯtactū i agēdo repatit. nō aūt hoc sit ꝭm eandem formā. qꝛ agit ꝭm vnam formā et patitur ꝭm aliam.

Dico aūtē hoc. Iā manifestat aliā pticulā scꝫ illā inq̄ꝙ̄tū hmōdi. et vult ꝙ necesse ē illā pticulā addē qđ pbat exēplo et rōne. Exēplo sic. qꝛ si motus absolute eēt act⁹ entis i potētia tūc seq̄ret ꝙ es sp̄ moueret ꝙ̄diu eēt i potētia ad statuā. qꝛ p oī tp̄e et ꝙ̄diu es ē habet potentiā ad statuā sed hoc ē falsū. qꝛ es tūc solū dꝛ moueri ad statuam q̄ñ supponit actōi statuifice. qꝛ tūc ē i potētia ꝭm ꝙ huiusmodi.

Manifestū aūt Hic pbat tertiā pticulam diffinitōis p rōem et h° sic. qꝛ ñ ē eadē rō subiecti

inq̄tū ē q̄dā ens et inq̄tū hn̄s ordinē ad ɔtraria·et iō in diffinitōe nō sufficit dicē q̄ mot⁹ est act⁹ entis i poñā vbi notat̄ subiectū·ẜ etiā oportet dicē ꝓm q̄ hmōi in q̄ notat̄ ordo ad formā ꝑfectā·qꝛ si eēt potētia ad ɔtraria eadē tūc etiam ɔtraria eēnt eadē·ɔña tꝫ·qꝛ poña hꝫ distictōem ex obiecto·si g° eēt vna poña ad ɔtraria tūc etiam eadeꝫ eēnt ɔtraria·exēpli grā·si eadē eēt poña ad sanitatē et ad egritudinē·tūc idē esset sanitas et egritudo·qꝛ poña ad sanitatē hꝫ distinctiōem a sanitate·⁊ poña ad egritudinē hꝫ suā distinctōeꝫ ab egritudie·Et sic sile si visus et audit⁹ eēnt idē tūc color et son⁹ eēnt idē·

Arguitur Eadē ē poña ɔtrarioꝝ sicut dꝛ p° phisicoꝝ g° male dꝛ h̄ q̄ nō sit eadē·Dōm qꝛ poña ad cōtraria accipit̄ duplr̄·Vno° materialit̄ ꝓm q̄ se tꝫ ex ꝑte subiecti·et sic est vna poña ad ɔtraria qꝛ est vnū subiectū qđ ē susceptibile duoꝝ ɔtrarioꝝ sicut ptꝫ ex vltima ꝓprietate sube·⁊ etiā ex diffinitōe ɔtrarioꝝ·Alio° poña ad ɔtraria accipit̄ formalit̄ ꝓm q̄ i potētia iportat̄ relatō ad actū et ad obiecta·et tūc sunt alie et alie potētie ad ɔtraria·Cuius rō ē·qꝛ relatō hꝫ spēm a t̄mino ad quē siue ex correlatio·cū g° sit aliud correlatiuū qn̄ subiectū refert̄ ad diūsa cōtraria·sic subiectū siue potentia ꝓm q̄ hmōi dꝛ alterius spēi·

Arguitur Vnūqđqꝫ actuat ꝓm q̄ ē in actu ẜ mot⁹ ē act⁹ g° debet actuare ꝓm q̄ ē in actu·et sic dꝫ diffiniri p actū ⁊ nō p potētiā·Dōm q̄ duplex ē act⁹·Aliq̄s est actus ꝑfect⁹ simplr̄ tā ꝓm eē q̄ ꝓm eēntiā·et tal' actuat ꝓm q̄ ē in actu·et eo mō solū actuāt forme ꝑfecte nō āt ipfecte·Alius ē act⁹ ipfect⁹ ⁊ tal' actuat ꝓm q̄ ē in poña qꝛ tal' n̄ hꝫ ꝑfectū eē in subiecto·⁊ iō actuat ꝓm q̄ ē i poña ad vltiorē ꝑfectōꝫ

Quod quidē· Hic ꝓbat totam diffinitōem eē bonā·et ꝑmo ꝓbat hoc directe·scđo indirecte·⁊ q̄tū ad ꝑmū ponit talē rōem·edificatio ē act⁹ edificabil' ꝓm q̄ edificale ẜ edificatio ē mot⁹ g° motus est act⁹ entis ꝓm q̄ hmōi·maior ptꝫ qꝛ edificabile ē in potētia g° hꝫ aliq̄d qđ ē in actu·Vel g° dom⁹ ē act⁹ ei⁹ vel edificatio ẜ dom⁹ n̄ p̄t eē act⁹ eius qꝛ act⁹ dꝫ eē sil' cū potētia sua ẜ qn̄ est dom⁹ tūc nō ē edificabile ẜ qn̄ ē edificatio tūc adhuc ē edificabile g° edificatio ē act⁹ edificabil'·

Qꝛ āt bene· Hic ɔn̄t oñt diffinitōnē mot⁹ eē bonā idirecte et dꝛ oñsio idirecta qꝛ fit tal' oñsio ex remotōne diffinitionū q̄s ponebāt alij phi·Ponunt g° duo ex q̄bus fit oñsio idirecta·Primū qꝛ diffinitōes q̄b⁹ alij diffinierūt motū sunt icōueniētes g° ista ē bona·scđo qꝛ mot⁹ nō p̄t alit̄ diffiniri nisi sic·ex q̄ mot⁹ nō ē i genē act⁹ tm̄ nec ē genē potētie tm̄ ẜ includit actū cū potentia·

Manifestū āt· Hic poit diffinitōes mot⁹ alioꝝ ⁊ sūt tres·qꝛ q̄dā dixerūt motū eē alt̄itatē qꝛ id qđ mouet̄ alit̄ et alit̄ se hꝫ ꝑ̄ successionē forme in motu·Aliq̄ dixerūt motū eē iēq̄litatē qꝛ id qđ mouet̄ sꝑ magis ac magis accedit ad t̄minū·Alij dixerūt motū eē nō ens·qꝛ id qđ mouet̄ nondum hꝫ id ad qđ mouet̄·Imꝓbat aresto·istas diffinitōes triplr̄ ꝑmo ex ꝑte subiecti scđo ex ꝑte t̄mini ad quē·t̄tio ex ꝑte t̄mini a q̄·Ex ꝑte subiecti qꝛ si mot⁹ eēt alt̄itas inequalitas vel nō ens tūc cuicūqꝫ ista ieēnt hoc mouet̄ qꝛ cuicūqꝫ inē mot⁹ hoc mouet̄ ẜ ista sunt mot⁹ ꝓm antiq̄s g° ⁊c̄·hoc āt ē falsū qꝛ multa sunt iequalia in q̄bus nō ē motus·etiā mot⁹ nō ē in nō ente simplr̄·Ex ꝑte t̄mini ad quē sic reꝓbat̄ qꝛ mot⁹ nō ē magis inequalitatē q̄ iequalitatē nec in alt̄itatē q̄ i silitudinē·qꝛ ad oīa ista p̄t eē mot⁹ etiā q̄dā mutatio ē in ens sicut generatō q̄dā in nō ens sicut corruptio·Etiā iste diffinitōes nō p̄nt eē eēntiales qꝛ nō sꝑ ɔueniūt motui·Ex ꝑte t̄mi a quo mot⁹ etiā nō ē plus ex ente q̄ ex nō ente·qꝛ mot⁹ generatōis ē ex nō ente et mot⁹ corruptōis ex ente·Nec plus ex equalitate q̄ ex inequalitate·

Causa āt in· Hic oñdit cām quare antiq̄ sic diffinierūt motū·⁊ vult q̄ iō qꝛ motus ē de genē indet̄minatoꝝ qꝛ mot⁹ nec est pur⁹ act⁹ nec pura poña·et iō qꝛ iste diffinitōes sūt negatiue et indet̄minate sic vident̄ ɔuenire motui q̄ ē de genē indet̄minatoꝝ iō mot⁹ spectare videt̄ ad gen⁹ siue ordinatiōem ꝑuatioꝝ qđ ptꝫ ex opione pithagore q̄ posuit duas coordinatōes reꝝ vnā bonorū ⁊ aliā maloꝝ·Ponebat eīm̄ ista·x·de genere bonoꝝ finitum·par·vnū·dextrū·masculinū·q̄sscens·rectū·lumen·bonū·triangulum eq̄lateꝝ·De genere maloꝝ ponebat ista·infinitū·par·multitudo·sinistrū·femineū·mot⁹·obliquū·tenebre·malū·altera ꝑte longius·Et ratō istius ē·qꝛ ipsi dicebāt mathematicalia eē p̄ncipia naturaliū qđ reꝓbat̄ in materia infra de infinito qꝛ hos dixit phs in naturaliter locutos eē·

Et motus qui Hic ponit causā ipsi⁹ dicti qđ dicebāt antiq̄ scꝫ q̄ mot⁹ ē de genē indet̄minatoꝝ ⁊

dicit q̄ iō q̄ȝ mot⁹ neqȝ ē potētia simplr̄ neqȝ actus simplr̄ ſ ē act⁹ mixt⁹ cū potētia siue act⁹ ipfectus. Si em̄ eēt potētia tm̄. tūc qcq̄d eēt potētia ad q̄titatē hoc mouēt ad q̄titatē et qd̄ esset i potētia ad q̄litatē hoc mouēt ad eā. Si āt eēt pur⁹ actus tūc qcq̄d ē in actu hoc mouēt qd̄ ē falsū iō ē act⁹ cū potētia. Ex isto p̄ȝ q̄ difficile ē accipe ꝯgnitōeȝ mot⁹. q̄ȝ p̄mo aspectu apparet q̄ oīa sunt act⁹ vel potētia ſ motus ꝓprie nō ꝯtinet sub aliquo hoꝝ.

Queritur Vn̄ orit̄ difficultas cognitōis mot⁹. Dicēdm̄ q̄ non orit̄ ex pte ꝯgnoscentis p̄ncipalit̄ ſ ex pte cognoscibil̄. Circa qd̄ sciēdū q̄ illa q̄ h̄nt multū de actualitate s̄m se sunt bn̄ cognoscibilia sicut sunt de⁹ et subē sepate. ſ illa q̄ h̄nt eē in potētia et sūt debil̄ entitatis difficul̄t ꝯgnoscūt ex pte ꝯgnoscibil̄ q̄ȝ tūc ꝯgnoscibile nō p̄t mouē intellectū. Est em̄ intellect⁹ nr̄ vtus passiua iō necessario h̄ȝ moueri ab obiecto. si g⁹ nō h̄eēt obiectū potētiā mouendi intellectū qd̄ fit p actualitatem tūc difficulter cognoscēt. sic āt ē de motu. q̄ȝ motus ē ipfecte entitatis iō nō p̄t mouē intellectū. p̄t tn̄ p accidēs ꝯtingē etiā ista difficultas ex pte ꝯgnoscētis iq̄tū ipse cognoscēs nō h̄ȝ debitā pspicacitatem ad cognoscendum res minime entitatis.

Mouet āt Postq̄ aresto. posuit vnā diffinitōem mot⁹ q̄ est formal̄. h̄ ponit aliā diffinitōnem q̄ h̄ȝ se ad p̄dictā sicut matialis et sicut ꝯclusio ad p̄ncipiū. q̄ȝ bn̄ sequit̄. si motus ē actus entis in potētia s̄m q̄ h̄mōi et ens in potētia ē mobile. g⁹ motus ē act⁹ mobil̄. Ad inuestigandū g⁹ illā diffinitōem intēdit istud ꝓbare q̄ motus ꝯuenit mouēti ſ nō inq̄tū h̄mōdi ſ inq̄tū mouēs ē mobile ergo mot⁹ ē act⁹ ētis mobil̄ inq̄tū mobile. Añs ꝓbat duab⁹ rōnib⁹ q̄rū p̄ma stat i hoc. Quicq̄d quāqȝ ē i potētia et postea in actu hoc q̄dāmō mouet. ſ mouēs ē p⁹us in potētia et postea i actu g⁹ etiā mouetur. Maior p̄ȝ. q̄ȝ qd̄ ē i potentia natali de q̄ h̄ ph̄s loq̄t̄ hoc reducit̄ ab illa potētia ad actū p motū ergo oportet etiā ip̄m moueri. exēpli grā. in mouētib⁹ phisicis p ꝯtactū ibi agēs i agendo repatit̄ sicut p̄ȝ de pomo et manu et p ꝯñs mouet ab illo qd̄ prius fuit mobile et ducit ip̄m mouēs de potētia ad actū

Et cuius imobilitas

Hic ponit̄ scd̄a rō et stat in hoc. cui⁹cūqȝ imobilitas ē q̄es illi inest mot⁹ ſ imobilitas. i. cessatō a motu ips⁹ mouētis phisice ē q̄es g⁹ tali mouēti inē motus. Maior p̄ȝ q̄ȝ opposita h̄nt fieri circa idē ſ q̄es et mot⁹ sunt opposita ergo cui inest q̄es illi inest mot⁹. Est āt aliq̄ imobilitas q̄ nō ē q̄es sicut illa q̄ ē in substātijs i matialib⁹. et iō etiā in illis nō ē motus q̄ȝ ibi nō ē aptitudo ad motum. Minor p̄ȝ. q̄ȝ dū mouēs cessat a motu d̄r q̄escē.

Adhuc agere. Hic onīt aresto. vn̄ de accidit ipsi mouēti q̄ mouet̄. et d̄t q̄ hoc n̄ accidit mouenti ex hoc q̄ mouet. q̄ȝ si sic oē mouēs mouēt̄ ſ ex hoc q̄ mouet ex ꝯtactu. mouens em̄ qd̄ tāgit suū mobile tactu phisico hoc iterȝ mouetur a suo mobili sicut man⁹ et pomū q̄ȝ manus tangit pomū et sic mouet pomū et mouetur a pomo.

Vnde motus Iā ꝯclūdit ex dictis scd̄aȝ diffinitōeȝ mot⁹ et ē ista. Mot⁹ ē act⁹ mobil̄ inq̄tū mobile. quā diffinitionē sic ꝓbat. q̄ȝ sicut dictū ē q̄uis mouēs moueat̄ nō tn̄ ꝯuenit mot⁹ mouēti inq̄tū mouēs est ſ q̄ȝ mouet p ꝯtactū. ſ ex hoc qd̄ mouet p ꝯtactū etiā ē mobile g⁹ mot⁹ etiā ꝯuenit mouēti s̄m q̄ mouēs ē mobile. et ergo bn̄ d̄r q̄ mot⁹ est act⁹ mobil̄ s̄m q̄ mobile. Scd̄o ꝓbat idem q̄ȝ ex alio p̄ncipio ꝯtingit q̄ aliq̄d ē mouēs q̄ȝ p formā s̄m quā ē in actu. aliquid enim mouet s̄m q̄ ē i actu et sic dicit arestotiles in textu q̄ species aliqua sp estimabit̄ mouēs. Et p aliud p̄ncipiū aliquid est mobile. q̄ȝ aliq̄d ē mobile p potētiam siue matiā mot⁹ ergo siue moueri n̄ ꝯuenit mouēti iq̄tū mouens ſ ꝯuenit mouēti s̄m q̄ h̄ȝ aliq̄d potētionale in se scȝ s̄m q̄ est in potentia mobile.

Queritur Vtrū iste diffinitōnes motus sint bn̄ assignate. Dicendū q̄ sic. cui⁹ rō est q̄ȝ abstracta dn̄t diffiniri p aliq̄d qd̄ est ꝓprij generis positū loco generis in recto et p subiectū positū loco dr̄ïe in obliq̄. ſ motus ē accn̄s i abstracto acceptū ergo diffinit̄ p aliqd̄ ꝓprij generis p hoc qd̄ d̄r act⁹. et p subiectū in obliq̄ cū d̄r ētis mobilis vel entis in potētia ergo ille diffinitōes sunt bn̄ date. et ꝯfirmat̄. diffinit̄ ei simitas sic. Symitas ē nasi curuitas. Et si q̄ratur q̄re accn̄a i abstracto sic diffiniūt̄. Dicēdū q̄ hoc est iō q̄ȝ accn̄s i abstracto accipit̄ p̄cise p modum accidētis. et iō loco generis aliq̄d d̄ȝ poni eiusdē generis qd̄ ē de essentia ei⁹ et loco dr̄ïe subiectū p qd̄ circūloquit̄ dr̄ïa. in ꝯcreto aūt accipit̄ p modū subē. diffinit̄ ergo in ꝯcreto ad modū subaꝝ. ſ in diffinitōe subaꝝ gen⁹ qd̄ sumit̄ a matia ponit̄ p p̄ma pte diffinitōis. et dr̄ïa q̄ sumit̄ a forma ponit̄ sicut ꝯrctō generis. sic etiā i accidēte i ꝯcreto subiectū ponit̄ loco generis qd̄ ē matiale et forma

ponit loco dr̃ie q̃ ꝯtrahit subiectũ·

Arguit Unius diffinibilis ẽ tm̃ una diffinitõ· ſ motꝰ ẽ unũ diffinibile ergo hẽbit tm̃ unã diffinitõnem ¶ Dõm ꝙ ꝙtũ ꝑ nũc sufficit duplex ẽ diffinitõ· q̃dã ẽ diffinitio descriptiua et loq̃ndo de tali diffinitõe uniꝰ rei pñt esse multe diffinitões· cuiꝰ rõ est q2 descriptio daẗ ꝑ ꝓpas passiones· sed uniꝰ rei sũt multe ꝓpe passiones· Alio mõ capitur diffinitõ pro diffinitõne q̃dditatiua et ẽẽntiali et talꝭ iterũ est duplex· q̃dã est ẽẽntialis et incõpleta sicut illa q̃ daẗ ꝑ materiã tm̃ vel q̃ daẗ ꝑ formã tm̃ et sic iterũ unius rei pñt esse plures diffinitões essentiales. Alia ẽ diffinitio essentialis ꝯpleta q̃ daẗ ꝑ oẽs cãs· et non pñt sic esse plures diffinitões uniꝰ rei q̃dditatiue et essentiales· cuiꝰ rõ est q2 talis diffinitio d̃t ꝑfectã et ꝯpletã essentiã rei· ſ uniꝰ rei est tm̃ una ꝑfecta et ꝯpleta essentia· ꝑ hoc ergo d̃r ad argumentũ ꝙ iste diffinitiões motꝰ sunt essentiales iꝯplete· q2 una scꝫ ꝑma est formalis et scd̃a maťialis· et iõ ꝑma est pncipiũ demõstrãdi scd̃am· Cuiꝰ rõ fuit dicta i secũdo hꝰ· q2 sꝑ dignior cã demõstrat minꝰ dignã a ꝑori· Cum gꝰ finis sit dignior alijs causis· sic demõstrat alias cãs· ⁊ forma ẽ dignior maťia gꝰ diffinitõ formalis demõstrat maťialẽ·

Arguitur Prima diffinitõ est etiam maťialis· q2 daẗ ꝑ subiectũ scꝫ entis i poťia ¶ Dõm ꝙ dupliciẗ i aliq̃ diffinitõe p̃t poni subiectũ. Unoꝰ sub noĩe trãscẽndẽtis· Alio mõ sub noĩe ꝯtracti· sicut ens i poťia est subiectũ magis transcendens acceptũ ꝙ̃ ens mobile· cũ gꝰ magis cõe ꝯpaẗ ad minꝰ cõe sicut forma ad maťiã iõ diffinitõ data ꝑ subiectũ sub noĩe aliciꝰ cõis p̃t dici formalis ad illã ĩ qua poniẗ subiectũ sub noĩe ꝯtracti ⁊ iõ ꝑma diffinitõ est formalis i ordie ad scd̃am et ꝑ hoc p̃t dici ad maiorẽ cõnis ꝙ nõ oĩs diffinitõ data ꝑ subiectũ ẽ maťialis· q2 q̃nq3 subiectũ p̃t poni i diffinitõe sub noĩe trãscendentis et tũc est diffinitõ formalis·

Arguitur Cõtractũ ẽ magis formale ꝙ̃ icõtractũ et hꝫ se i tõe forme ad incõtractũ· ſ in ꝑma diffinitõe poniẗ subiectũ incõtractũ· et i scd̃a poniẗ subiectũ ꝯtrãctum gꝰ scd̃a ẽ formalꝭ et ꝑma materialꝭ· ¶ Dõm ꝙ ẽ duplex ꝯditio forme· ꝑma ẽ cõicabilitas· ⁊ ſm illã ꝯditõem cõiora sunt formaliora q2 sunt magis cõicabilia· Alia ꝯditõ forme ẽ actualitas· ⁊ ſm illã ꝯditõem magis ꝯtracta sũt formaliora· q2 sũt magis i actu ñ sit ꝯtractio maťialꝭ Cõicabilitas ãt ẽ ꝯditõ ꝑa ipsiꝰ forme cũ fõr ſm ꝙ hmõi sit cõicabilꝭ

Quia pbauit prius q magnitudo nō ɔponitur ex īdiuisibilibus hic vlterius intendit pbaē q sicut dictum est de magnitudine ita etiam dicēdū est de motu et tpe sic. s. q motus non cōponitur ex momentis nec tempus ex nūc. ɔponit gº ɔpositum quod intēdit pbare. et dicit sic. Si magnitudo cōponētur ex īdiuisibilibus tūc etiam motus qui fiēt supra talem magnitudinē eēt cōpositus ex īdiuisibilibus momētis equalibus numero illis indiuisibilibus ex quibus cōponit magnitudo. et rō ē qz cz motum et spaciū ɔportionari.


Si igitur ɔ̄sentis.

motus d e z ptes motus indiuisibiles d e z
mobile o
magnitudo a b c ptes magnitudinis indiuisibiles a b c

Premittit duo necessaria ad pbandum ppositū quoꝝ primū est ꝙ si alicui inest motus hoc mouetur. et ecōtra si aliquid mouet illi inē mot⁹ Cuius ratō est quia motus ē accñs qd̄ denominat suū subiectum. scd̄m est ꝙ necesse ē illud qd̄ mouetur nō simul moueri et motū esse. Cuius ratō est qꝛ motus ex sua natura est successiuus. ergo nō potest aliq̄d simul moueri et motū esse. quia tūc nō esset successiuus. Tunc pbat ppositum ex istis. et dicit ꝙ si magnitudo cōponatur ex indiuisibilibus ptibus vel mobile mouet sup q̄libet ptem illius magnitudinis vel supra totam magnitudinē. nō pt̄ dici primū. quia p scd̄az suppositionem aliq̄d nō mouetur simul ⁊ etiā motum ē Si ergo mouet supra quālibet ptē ergo non est motum supra quālibet ptem. et sic q̄libet pars ē diuisibilis. Sꝫ hoc est cōtra suppositum qꝛ supponebatur ꝙ magnitudo cōponeret ex indiuisibilibus. Sed si dicat moueri supra totā magnitudinē tūc sequerēt tria incōueniencia. Primū ꝙ aliquid eēt motū qd̄ nūq̄ mouebat qd̄ est cōtra primā suppositōnem. qꝛ quicq̄d est motū illi inheret motus. sequela tn̄ patet qꝛ ponitur ꝙ aliq̄d nō moueat supra ptem magnitudis cōposite ex indiuisibilibus et tn̄ esset motū supra totā magnitudinē. Scd̄m incōueniens ē ꝙ ꝯtinue quiescens moueret. pbatur qꝛ illud q̄escit qd̄ nō mouet et aptum natum est moueri. sed mobile nō mouet supra quālibet ptem magnitudinis. qꝛ quelibet ē indiuisibilis ergo q̄escit in qualibet pte magnitudinis. et tn̄ cōtinue mouet. qꝛ puenit ad terminū motus. g° ꝯtinue quiescēs mouet Terciū incōueniens est. Quia si motus ꝯponat ex momentis tūc vel illa momenta sunt motus. et sic seq̄t ꝙ motu p̄nte adhuc mobile nō dicetur moueri qd̄ est ꝯtra primā suppositōem. Si vero illa momenta non sint motus seq̄tur ꝙ motus cōponat ex nō motibus. qd̄ est incōueniens quia simile ex simili cōponitur.

Similiter autem ne.

Hic ondit ꝙ eadem rō est de tēpe sicut de motu et magnitudie. s. ꝙ tp̄s non ꝯponit ex indiuisibilibus. Et ad hoc ponit tres rōnes. Quarū prima sumpta est p eque velocia. scd̄a sumit p velocius et tardius. Tercia sumit ex equali diuisione magnitudinis et motus. Et stat prima rō in hoc eq̄ velox ptrāsit minorē magnitudinē in minori tpe et maiorem in maiori tpe. equalē in equali tēpe



ergo equalit̄ diuidūtur magnitudo et tp̄s. Sed magnitudo nō p̄t cōponi ex indiuisibilibus vt pbatum ē. ergo nec tp̄s p̄t ꝯponi ex nūc.

Quoniam autez om.

Hic intendit scd̄a rō que inferius ponitur et sumitur p velocius et tardius. et circa h° p̄mittit tres diffinitōes velocioris. Prima est velocius ē quod in equali tpe ptrāsit maius spaciū. Scd̄a qd̄ in minori tpe ptrāsit maius spaciū. Tercia est velocius est qd̄ in minori tpe ptransit equale spaciū.

Quoniam igit̄ velo.

Hic pbat primam diffinitōem velocitatis ꝙ velocius est qd̄ in equali tempe ptransit mai⁹ spaciū. Et stat ratō in hoc. quia velocius in equali tempe ptransit aliquem terminū magnitudinis a quo distabat tardius motum in equali tpe. ergo velocius in equali tempore ptransit maius.

At vero et in minori.

Hic ondit scd̄am diffinitōnem. s. ꝙ velocioris est quod in minori tempe ptransit maius spaciū Et stat rō in hoc qꝛ distantia qua distat tardius mobile a termino magnitudinis illius quam ptransit velocius est diuisibilis in duas ptes. ꝑ primā ptem mobile velocius ptransit in minori tempe q̄ tardius mobile eandem ptem spacij. ergo sequit ꝙ hoc est velocius quod in minori tempore ptransit maius spaciū.

Manifestum aūt ex.

Probat terciam diffinitōnem duabus rōnibus Prima est omne mobile ƀm se cōsideratū ptransit in maiori tempore maiorē magnitudinē. Si ergo tale mobile est velocius contingit ꝙ tardius mobile ptransit solū vnā ptem magnitudinis p illo tpe p quo velocius ptransit totam magnitudinē. Scd̄a rō stat in hoc illud quod est tardius mouetur p equalē magnitudinē in maiori tēpore. et quod est eque velox mouet p equalē magnitudinē in equali tpe. ergo velocius mouet per equalem magnitudinē in minori tpe. et istud argumentum valet ex pportōne magnitudinis ad motum.

Quoniā autem om.

Hic ex istis vult pbare ppositum p̄mittens tria

Textus·

primū est q omnis motus est in tempore· scōm est q in omni tempore possibile est aliquid moueri· terciū est q omne quod mouetur cōtingit tardius et velocius moueri· et loquitur phus in tercia suppositōne ſm cōem rōnem motus mouētiū et mobiliū· applicando ergo illam suppositionem ad determinata mobilia tūc tercia suppositio est falsa· quia si applicetur ad celum tunc est falsa cum celum nō possit velocius et tardius moueri qa motus eius est vniformis et regularis sicut pbatur scdo celi· Et ex his ponit scdam rōnem que stat in hoc· ex quo velocius ptrāsit maius spaciū in minori tempe et diuidit tempus in minus sed tardius in equali tempe ptransit minorem magnitudinē· sicut ergo magnitudo non cōponitur ex indiuisibilibus ita nec tempus potest cōponi ex indiuisibilibus·

Amplius autē et ex·

Hic ponitur ēcia rō principalis que sumitur ex pportione magnitudinis ad tēpus et stat in hoc Tempus et magnitudo equaliter diuidūtur· sed magnitudo nō cōponitur ex indiuisibilibus· ergo tempus nō cōponitur ex nūc· Maior patet quia sicut mobile in toto tempe ptransit totam magnitudinem ita in pte tempis ptransit ptē magnitudinis ergo equaliter diuidūtur magnitudo et tempus·

Et si quodcūq; infi·

Postq̄ aresto· oñdit q magnitudo motus et tēpus equaliter se habent q̄tum ad hoc quod ē cōponi ex indiuisibilibus· hic oñt q equaliter se habent ad finitum et infinitum· quia sicut in vno inuenitur finitum et infinitū ita etiam i alio· et hoc pponit dicens q si tempus est infinitū in vltimis id est ſm extensionē tūc etiam magnitudo erit sic infinita· et si tempus sit infinitū diuisiōe tūc etiam magnitudo erit sic infinita· si autem tempus sit infinitum vtroq; modo etiam sic magnitudo erit infinita·

Arguitur

Motus celi est infinitus et similiter tpus et tamē magnitudo est finita· ergo nō oportet sumere diuisionem tpis pportōnabiliter ad diuisionē magnitudinis· Rñdm q iste textus intelligitur de magnitudine recte mota· quia si magnitudo rcē mota sit infinita necesse est tempus respiciēs talem motum esse infinitum· hoc autē nō oportz de magnitudinē circulari in qua fit reiteratio ptium motus in mobili· et tūc potest motus esse infinitus et similiter tps in magnitudine finita· sicut patet octauo huius quia tūc eadem magnitudo sepe reiteratur· sed magnitudo recta non pt reiterari in motu absq; quiete mobilis·

Vnde et zenonis rō·

Ex predictis soluit rōnem zenonis qui dixit q nullus esset motus localis· et arguebat sic motus localis necessario fit supra spaciū· sed quodlibet spaciū est infinitum quia est continuū et infinitū nō contingit ptransiri· ergo nō contingit ptransiri aliquod spaciū q̄tūcūq; puū· et sic tolleretur omnis motus localis· Rñdet arest· q̄uis tale spaciū sit infinitū ſm diuisionem in ptes eiusdem pportōnis nō tamen est infinitum ſm ptes eiusdem q̄titatis et ita etiam tempus in quo ptrāsitur illud spaciū est infinitum· et ergo istud spaciū infinitum potest ptransiri tpe infinito· Ista autem solutō est solum ad hominē et nō ad rem sed vera solutō ponitur in octauo huius·

Neq; iam infinitum

Hic oñdit duabus rōnibus q nō potest tps esse infinitum si sit magnitudo finita· et stat prima in hoc· vbicūq; sunt ptes finite ibi nō pt totū eē infinitum quia totū dependet ex ptibus· sed partes tpis corrñdētes magnitudini sunt finite· ergo nō pñt constituere tempus infinitū· minor pz quia cū magnitudo sit finita aliqua ps tpis corrñdebit alicui pti magnitudinis· cum ergo ptes magnitudinis ponūtur esse finite oportet q partes tpis corrñdentes ptibus magnitudinis sint etiam finite· Tuc ibi āplius si nō· ponit scdā ratio que remouet vnā cauillatōnem q̄ posset aliquis dicere q ptes magnitudinis finite ptrāseātur tpe infinito· dicit aresto· q ad minus est dare aliquā ptem magnitudinis finite que ptranseatur tempe finito· et illa ps aliquotiens accepta facit totū· et sic tota magnitudo ptransietur tēpore finito quod fuit pbandum· Et similiter aresto· pbat q nō pt dici q tempus sit finitum et magnitudo infinita·

Manifestum igitū ex·

Hic resumit cōclusionē prius probatam circa principium· et est omne continuū est diuisibile· et pbatio illius valet sibi infra ad ostendendum q

motus diuiditur. quia si continuũ est indiuisibi-
le non oportet querere diuisionez motus. Et po
nit ad hoc duas ratões principales. Prima est
Si continuũ esset indiuisibile sequeretur ꝙ in-
diuisibile diuideretur. Sequela patet quia de ra
tõne continui est ꝙ habeat multas partes copu
latas ad aliquẽ terminũ cõem. sicut patet ex dif
finitõne eius. Sed quod habet partem et ptem
est diuisibile in illas. ergo indiuisibile erit diuisi-
bile quod implicat ɔtradictõem.

Quoniam autem in.

Hic intendit ponere scdam ratõnem ducentem
ad impossibile. in qua presupponũtur tria quorũ
primũ est ꝙ in omni tempore contingit aliquid
velocius et tardius moueri. scdm ꝙ velocius per
transit plus de spacio in equali tempore. tertiuz
est ꝙ in singulis motibus contingit esse ꝓportio
nem velocitatis ad velocitatem ſm omnes mo
dos ꝓportõnis sic ꝙ vnus motus excedit aliũ
in ꝓportõne dupla. et alius motus excedit aliũ
in ꝓportõne sexquialtera. Ex his sumitur talis
ratõ. Si esset aliqua magnitudo composita ex
tribus indiuisibilibus. et ponantur duo mobilia
supra illam magnitudinẽ sic compositam quorũ
vnũ moueatur velocius ꝙ alterum in ꝓportõne
sexquialtera tũc sequitur ꝙ medium indiuisibile
diuideretur. quod sic patet quia quãdo tardius mo
bile ptransiuit vnũ indiuisibile tũc velocius mo
bile ptransiuit vnũ indiuisibile cũ medio indiuisi
bili. Non enĩ potest dici ꝙ velocius pertransiuit
duo indiuisibilia. quia tũc velocius excederet tar
dius in ꝓportõe dupla. Sz suppositũ ẽ ꝙ velociꝰ
mobile excedat tardius in ꝓportõe sexq̃ltera.
Dicit enĩ ꝓportõ sexq̃ltera vbi aliq̃d excedit al
terum in toto et i altera parte eius. sicut tria ex
cedũt duo et sex quatuor. quia sex cõtinẽt semel
quatuor et alteram eius partem scilicz duo. Se
queretur ergo ex dictis ꝙ hoc indiuisibile eẽt di
uisibile qđ est inconueniens.

Necesse autẽ est et ip.

Postꝙ aristotiles ostẽdit ꝙ continuũ nõ est cõ
positum ex indiuisibilibus. et per cõsequẽs ẽ sem
per diuisibile. Nũc consequẽter intendit ꝓbare et
ponere diuisionem motus in ptes quãtitatiuas
que diuisio hic principaliter intenditur. Et ante
hoc premittit quedam necessaria ad ꝓpositum et
ponit vnũ capitulum de nũc temporis. et hoc io
quia infra dicetur ꝙ motus diuiditur ad diuisi
onem temporis. oportet ergo primo ostendere ꝙ
in nũc non est motus nec quies. quia si in nunc
esset motus tũc nõ diuideretur motus ad diuisi
onem temporis quia nũc est indiuisibile. Disting
uit ergo primo et dicit ꝙ nũc est duplex. aliquod
est nũc ſm se et aliquod est nũc ſm alteruz. Nũc
autem ſm se est indiuisibile tempus. sed nũc ſm
alterum est tempus ꝓpinquũ presenti nũc siue in
preterito siue in futuro.

Est enĩ aliquid vlti.

Hic probat cõsequẽter ꝙ nũc ſm se est indiuisibi
le et hoc sic. Cuiuslibet cõtinui finiti est aliq̃s ter
minus indiuisibilis. Sed est dare tempus fini-
tum in preterito et ĩ futuro ergo terminus eius
est indiuisibilis. sed terminꝰ eius ẽ nũc. ergo nũc
est indiuisibile. Maior ꝓbatur quia oportet om
nem terminũ esse indiuisibilem quia nisi esset in
diuisibilis non esset terminus. Est enĩ de ratõne
termini ꝙ omnia rei comprehendãtur infra ter
minũ. et sic terminus nõ potest esse pars rei quã
titatiua et aliq̃d rei ſm q̃titatem.

Necesse igitur ẽ et idẽ

Hic ostendit consequenter ꝙ si nũc est indiuisi-
bile tũc oportet esse idem nũc quod est finis pre
teriti et principiũ futuri. Quod sic probat quia
si non esset idem nũc sed duo nũc tunc illa habe
rent se consequenter et immediate. quod sic patz
quia inter preteritũ et futurum nõ est aliquod
mediũ ergo etiam inter illa nũc nõ est aliquod
mediũ sed duo nũc non habere mediũ est impos
sibile. et hoc patet ex duobus. primo quia prius
probatum est ꝙ infra duo nũc est tempus medi
um. Secundo si dicatur ꝙ est tempus medium
iterum non valet quia omne medium inter pre
teritum et futurum dicitur nũc. Si ergo tempꝰ
est medium inter preteritum et futurum ergo tẽ
pus nũc. sed nũc est indiuisibile. ergo etiam tem
pus est erit indiuisibile quod est contra ratõem
temporis.

Si autem diuisibile

Hic redit ad probandum quod prius dictum est
scilicet ꝙ nũc est indiuisibile. Et hoc probat tri
bus ratõibus quarum prima est. Si nũc est di

nisibile tūc diuiditur in preteritum et futuruz et tūc sequitur q̄ aliquid preteriti sit in futuro et aliquid futuri in preterito quia omne extremuz est in eo cuius est extremū. sed nunc est extremū siue terminus preteriti ergo est in preterito et ē extremū futuri quia principium futuri ergo est in futuro. Si ergo diuidatur in preteritum et futurum ergo aliquid preteriti est in futuro et aliquid futuri est in preterito. supposito tamē q̄ sit idem nūc sicut probatum est. Secūda ratō est. Si nūc est diuisibile tūc non erit nūc ſm se sed nūc ſm alterum quia hoc est tempus. Tertia ratio stat in hoc. Si nūc diuidatur in preteritum et futurum tūc ipsum nūc non erit sibi ipsi idem quia preteritum et futurum non sunt idem. ergo etiam nūc quod diuiditur in preteritum et futurum.

Quod autem nihil.

Hic ostendit quod principaliter intendit in hoc capitulo scilicet q̄ in nūc non est motus neq̄ q̄es. primo ergo probat q̄ in nunc non est motus. et hoc sic q: prius suppositum est q̄ omne quod mouetur contingit velocius et tardius moueri. sed in nūc non potest esse motus velocior et tardior. quia quod mouetur velocius citius pertransibit maius spaciuz q̄ quod mouetur tardius. Si ergo in nūc essz motus ergo esset aliquod minus tempus ipō nūc dabile q̄d est impossibile.

At vero neq̄ quiescere.

Hic ostendit de quiete tribus ratōnibus. prima est nihil quiescit nisi quod aptum natum est moueri. ex quo quies est priuatio motus. sed prius probatum est q̄ nihil aptum natum est moueri in nūc. ergo nihil aptum natum est quiescere in nūc. Secūda ratō si aliquid quiescat in nunc sequitur q̄ idem simul mouetur et quiescit. quia quando aliquid mouetur in tempore aliquo tūc etiam mouetur in qualibet parte illius temporis. cum ergo nūc est aliquid temporis quia ē terminus temporis sequitur etiam q̄ aliquid mouetur in nunc temporis. et quia iam suppōitur q̄ aliquid aptum natum est quiescere in nūc. ſz prius probatum est q̄ idem est nūc preteriti et futuri. si ergo natum est quiescere in illo nūc ergo quiescet in illo nūc et per cōsequens simul quiescit et mouetur. Tertia ratō stat in hoc illud dicitur quiescere quod habet se eodē modo nunc et prius sicut illō dicitur moueri quod aliter se habet nūc q̄ prius. ergo tam in quiete q̄ in motu est accipere nūc et prius. si ergo in nūc esset motus et quies ergo in nūc esset nūc et prius. et sic nūc esset diuisibile.

Quod mutatur aut.

Hic probat vlterius q̄ omne quod mutatur est diuisibile. et stat ratō in hoc omne quod mutatur est partim in termino a quo et partim in termino ad quem. sed quod habet partem et partez est diuisibile. ergo omne quod mutatur est diuisibile. Maior patet quia quando est aliquid in termino a quo tūc non mutatur. et quando est in termino ad quem tūc est mutatuz ergo mutatur quando est in medio inter terminū a quo et terminū ad quē.

Motus āt ē diuisibilis

Postq̄ posuit quedam preambula valentia sibi ad diuisionem motus. Hic cōsequenter ponit duos modos quibus motus diuiditur ſm partes q̄atitatiuas. Intendit ergo q̄ motus diuidit ſm partes mobilis et ſm partes tēporis. et hoc pbat p ordinem in textu.

Sit igit ipsius quiz

Hic ponit tres ratōnes q̄ motus diuiditur ad diuisionem mobilis quarum prima est ista. quia moto toto mouentur partes et motus vnius partis non est motus alterius partis. ergo motus totius diuiditur per partes mobilis sicut accñs diuiditur ad diuisionē sui subiecti. Secunda ratō. Totalis motus alicuius mobilis vel ē omnium partium simul vel est alicuius partis tm̄ vel est alicuius extrinseci. non est alicuius partis tm̄. quia pars mobilis mouetur ſm partem motus. nec alicuius extrinseci quia tūc non esset in eo quod motus denominat. motus enī denominat suū mobile et non extrinsecum. sequitur ergo primū scz q̄ totalis motus ē totalis mobilis id est omnium partium. et sic motus diuiditur ad singularū partium diuisionem. Tertia ratio est quia motus totius vel est maior motu partium vel minor vel equalis non potest dici maior quia tunc erit aliqua pars mobilis que non erit mota. quod videtur implicare scilicet q̄

mobile non moueatur· Nec potest dici minor q̄ tunc pars excederet totum·relinquitur ergo tertium q̄ motus totius sit equalis motui partiū et sic motus diuiditur ad diuisionem partium mobilis·

Aliū autē scdm tem.

Hic probat secūdum q̄ scilicet motus diuidatur fm diuisionem temporis et hoc tali ratōne· Omnis motus est in tempore et om̄e tempus est diuisibile et minor motus fit in minori tempore·ergo omnis motus diuisibilis est fm diuisionem temporis· Ratō extra textū ē quia motus ē accidens successiuū mēsurabile per tempus sed mēsuratum diuiditur ad diuisionem mensure·ergo diuiditur motus ad diuisionem tp̄is·

Quoniam autē om·

Ex quo aristotiles dixit q̄ mobile motus et tēpus simul diuidūtur addit adhuc duo alia que etiam equaliter diuidūtur scilicet ipsum moueri id est esse in motu·et illud in quo est motus id ē spatium Ex quo habemus q̄ quinq̄ sūt que eq̄liter diuidūtur scilicet motus·mobile·tempus·ipsum moueri et spatium in quo est motus· Est tamen differētia inter ista·quia aliqua ex eis sūt per se diuisibilia que habent per se quantitatem sicut mobile tempus et spatium gratia cuius cōuenit alicui diuisio quātitatiua·ß motus et moueri habent quātitatem per aliud·et ideo hoc q̄ dicitur equaliter debet intelligi fm equalitatem diuisionis in se·et non de equalitate que est in modo diuidendi·quia alium modum diuidendi habent sicut dictum est q̄uis equaliter diuidantur·

Accipitur enī tēpūs·

Probat que dicta sunt per ordinem·primo q̄·s· ad diuisionem temporis diuiditur motus· quia si aliquid mutetur per aliquod totum tempus p̄ aliquam magnitudinem tūc in parte temporis mouetur per partem magnitudinis p̄mo mouetur etiam per mediam magnitudinē in medietate temporis·

Similiter autem et·

Hic ostēdit q̄ econuerso tempus diuiditur ad diuisionem motus·quia quod per totum motū habet aliquod tempus hoc per medium motum habet medium tempus· Similiter dicendum est de moueri quia fm mediū motus est mediū moueri et fm totum motum est totum moueri· Similiter ē de eo in quo est motus·quia illud spaciū diuiditur ad diuisionem temporis· Et addit q̄ nō solum predicta se habent sic equaliter ad diuisionem sed etiam ad finitatem et infinitatem· Ordo tamen est inter ista quia finitum et infinitū prius inueniūtur in mobili·deinde in motu·et cōsequenter in aliis iam dictis

Queritur Utrum continuū sit cōpositum ex indiuisibilibus· ¶ Dicendum q̄ non·quod sufficienē probatum est in textu·

Arguitur Sicut se habent unitates ad numerum ita pūcta ad lineam·sed unitates constituūt numerum·ergo puncta possunt constituere continuū· ¶ Dicendum q̄ q̄uis unitates et pūcta in hoc conueniant q̄ unūquodq̄ est indiuisibile·differūt tamē in duobus· Primo quia quelibet unitas habet p̄ se esse·ergo quelibet unitas potest per se venire ad compositōnem·sed pūcta non habent esse per se sed solum in cōtinuo·ergo pūcta non possunt per se venire ad compositōnem continui·et sic ex punctis nihil potest componi sicut ex unitatibus· Secūda differētia quia partes numerū componentes sunt indiuisibiles quod est de ratōe unitatum·sed partes continuū constituentes non possunt esse indiuisibiles· Cuius ratō est quia in numero partes numeri habent esse sub actu proprio cum ex eis fiat quātitas discreta·i·quantitas que est cum diuisione partiū·sed partes cōtinui non habent esse sub actu p̄prio sed sub actu totius continui·oportet ergo q̄ partes in continuo habeant unionem que non potest esse inter puncta·

Arguitur Totūm componitūr ex sūis partibūs sed pūcta sūt partes linee·ergo continuū componitūr ex pūnctis· ¶ Dicendūm q̄ dūplices sūnt partes quedam sunt integrales et quantitatiue·et ex illis aliquid componitur integraliter·sicut homo cōponitur ex capite et aliis membris integraliter et sic pūcta non sunt partes linee · et hoc modo loquitur aristotiles in textu q̄ continuū non cōponatur integraliter ex indiuisibilibus· Alie s

ptes formales siue diffinitiue quales sunt in re
bus materialibus materia et forma. et sic totū
componitur ex partibus essentialibus diffiniti
uis et formalibus. et illo modo pūcta sunt ptes
linee quia pūcta sunt partes diffinitiue. et h° est
verum tam de puncto continuante inciante ꝙ
etiam terminante. quod sic patet quia punctum
continuans vnit partes. sed vnire est conditio
forme. Item terminare etiam cōuenit forme. q̄a
forma terminat potentiam materie. et sic etiā
puncta terminantia ad lineam comparātur in
ratōne forme.

Arguitur. Si continuū non compo
neretur ex indiuisibilibus
ergo indiuisibilia ponūtur frustra in continuo.
¶ Dicendum ꝙ indiuisibilia ponūtur in conti
nuo ꝙ terminent continuū. et ex hoc quia termi-
nant continuū scilicet lineam ponūtur in diffini
tōe continui scilicet linee. Et quando dicitur ꝙ
quātitas debet terminari per partem integralē
falsum est quia impossibile est ꝙ terminus con-
tinui sit pars eius. quod sic patet quia tria req̄
rūtur ad hoc ꝙ aliquid sit terminus. Primū est
ꝙ sit vltimū eius cuius est terminus. Secundū
est ꝙ extra ipsum nihil inueniat ipsius rei. Ter
tium est ꝙ omnia illius rei infra illum terminū
contineantur. Quius ergo due prime conditōnes
possint aliqualiter cōuenire parti integrali in cō
tinuo non tamen potest tercia conditō cōuenire
parti integrali quia non omnia ipsius continui
cōtinentur infra talem partem integralem.

Arguitur. Puncta possunt auferri a
linea per potentiam diui-
nam et tamē linea videtur esse terminata. et sic
non requirūtur puncta ad hoc ꝙ linea termine
tur. ¶ Dicendum ꝙ est impossibile omnia pun-
cta a linea auferri. quod sic patet quia quod est
de diffinitōe alicuius non potest ab eo separari
per quācūq̄ potentiam. quia hoc implicat cōtra
dictōnem. Sed pūctum continuans est de diffini
tōne et essentia linee sicut quilibet terminus cō-
munis est de diffinitōne illius cuius est termin⁹
cōmunis. dictum est etiam tercio huius ꝙ nō po
test esse aliquod corpus infinitū. cūm ergo linea
non est nisi in corpoē sic non potest esse linea in
finita. sed de ratōne linee finite est ꝙ termine-
tur punctis. sic etiam pūcta terminantia sunt de
ratōe linee ſm ꝙ finita est. et sic patet ꝙ nec pū

ctum continuans nec puncta terminantia pōt
a linea separi. et sic suppositum est falsum

Arguitur Tempus est aliquod conti
nuū et tamen componitur
ex indiuisibilibus q2 ex nunc q2 nihil habemus de
tempore nisi nūc. ¶ Dicendum ꝙ est duplex cō
1 stitutō quedam est integralis sicut aliquid cōpo
nitur ex partibus integralibus. et sic tempus nō
constituitur ex nūc. et sic loquitur h̄ aristotiles
2 in textu. Alia est cōstitutio essentialis sicut ali
quid constituitur ex partibus essentialibus diffi
nitiuis. et sic tempus componitur ex nūc. quia si
cut terminus cōmunis in quolibet continuo est
substantia continui ita etiam nūc in tempoē est
substantia temporis.

Queritur Utrum motus diuidat
ad diuisionem mobilis
et temporis. ¶ Dicendum ꝙ sic. Cuius ratō est
quia motus est quedam dispositō mobilis exn̄s
in mobili sicut in subiecto. sed accidens diuisibile
diuiditur ad diuisionem subiecti. ergo motus di
uiditur ad diuisionem mobilis. sicut albedo diui
ditur ad diuisionem parietis. Et quia motus ē
accidens successiuum sic etiam diuiditur ad di-
uisionem temporis. quia diuisio cuiuslibet mensu
rati attenditur ſm ordinem ad suam mensurā
quia tamen prior est habitudo accidentis ad
subiectum q̄ ad mēsuram extrinsecam. ideo mo
tus primo et principaliter diuiditur ad diuisionē
subiecti. deinde ex consequenti ad diuisionē tem
poris. et sic deriuatur ista diuisio partiū integra
lium in motu a mobili ad motuz sicut in litera
dictum est.

Arguit Non est eadem ratō rei successi
ue et permanentis. sed motus
et tempus sunt successiua. mobile autem ē de ge
nere pmanentiū ergo etc. ¶ Dicendum ꝙ ratio
potest dupliciter capi. Uno modo pro essentia si
ue existentia rei. et sic est verum ꝙ non est eadē
ratō pmanentiū et successiuorum. Alio modo ac
cipitur ratō pro ratōne diuisibilitatis. et sic po
test esse vna ratō in pmanētibus et successiuis
quia in eis potest reperiri vna ratō diuisibilita-
tis scilicet continuitas. et ideo motus tempus et
mobile habent eandem diuisionem.

Arguitur Ab eo dē aliquid habet eēn
tiam et diuisionem ſ3 mo-
tus habet essentiam a termino ad quem. et non

a tempore vel mobili. ergo debet habere diuisionem a termino. ¶ Dicendum ꝙ est duplex diuisio. quedam est essentialis ſm quaz aliquid eēntialiter distinguitur ab alio. et sic verum est ꝙ ab eodem res habet distinctōem et essentiam. qꝛ talis diuisio fit per vltimam differentiam ⁊ ab illa res etiam habet essentiam. Alia est diuisio ſm partes integrales. et sic non habet res ab eodem essentiam et diuisionem. quia sic res habet diuisionem ex partibus integralibus et non ex ptibus essentialibus.

Arguitur. Tempus est vnū et infinitum sed magnitudines sūt plures et finite. sed non equaliter diuiduntur finitum et infinitum. ergo tempus et magnitudo non equaliter diuiduntur. ¶ Dicendum ꝙ tempus potest ad duo cōparari. Vno modo ad motum primi mobilis in quo est tempus subiectiue et tunc est infinitum ſm successionem. sicut motus et magnitudo ſm successionem partium sūt etiam infinita non autem absolute. Alio modo accipitur tempus ſm ꝙ est applicatum istis inferioribus in ratōe mensure. ⁊ sic tempus est finitum. motus est finitus et magnitudines sunt finite.

Arguitur. Illa que distant predicamētaliter non possunt habere eandem ratōnem diuisionis sed motus mobile et tempus distant predicamentaliter ergo non possunt habere eandem ratōem diuisionis ¶ Dicendum ꝙ aliqua que sunt diuersorum generū et predicamentorum et diuersarum naturarum possunt habere eandem ratōnem diuisionis si in eis inueniatur vna cōmunis ratō diuisibilitatis sicut patet de liquidis. quia liquida sunt diuersarum naturarum et tamen mēsurantur vna mēsura ꝓpter humidum quod in eis reperitur. sicut etiam est in proposito de omnibus istis. in eis eīm reperit vna cōmunis ratō diuisibilitatis scilicet continuitas.

Arguitur. Videtur ꝙ motus et mobile non equaliter diuidātur. quia partes mobilis simul mouentur et partes motus sibi succedunt. ¶ Dicendum ꝙ partes mobilis accipiuntur dupliciter. Vno modo ſm ꝙ comparantur ad mobile absolute. et sic ptes mobilis simul mouentur. Alio modo comparantur partes mobilis ad aliquod determinatū signū signatum in spacō supra quod fit motus et tūc etiam partes mobilis successionem habent sicut partes motus. quia vna pars mobilis prius venit supra illud signū ꝙ alia pars. sicut patet de ligno tracto sup lapidem.

Arguitur. Non est verum quod dicit aristotiles ꝙ omne quod mouetur est partim in termino a quo et ptim a termino ad quem. quia generatō fit in instanti. et sic non habet partem et partem ¶ Dicendum ꝙ ista propositō cōuenit speciebus motus ſm ordinem prioris et posterioris. quia habet principaliter veritatem de motu locali. quia ibi aliquid ipsius mobilis recessit a termino a quo in motu. et nondum accessit ad terminū ad quem. Idem de intelligitur in motu alterationis quia ibi est etiam successio ſm intensionem forme. et vltimo intelligitur in motu generationis non quidem accipiendo generatōnem pro instantanea mutatōne. quia tūc non habet partem et partem. sed accipiendo generatōnem ſm ꝙ sibi alteratō preuia cōiungitur. sic eīm est eadez ratio successionis in alteratōne et generatōne.

Quoniam autē om.

Postꝙ determinauit de diuisione motus in partes integrales. Hic consequēter determinat de ordine partiū motus. et primo premittit aliqua ex quibus sumitur probatō et intellectus illorum q̄ infra dicentur. quorum primū est ꝙ necesse est ꝙ omne quod mutatur quando mutatum est esse in termino ad quem mutatum est. Secundum ꝙ tale mutatum sit indiuisibile. quo ad primū ponit duas ratōnes quarum prima est particularis. quia solum respicit mutatōnes ꝓprie dictas et stat in hoc. Si illud quod mutatum est non ē in termino ad quem mutatum est tūc erit medium inter contradictoria quod reprobatur quarto metaphisice. Antecedens probatur quia quādo aliquid mutatum est tūc deficit a termino a quo. quia mutari non est esse in termino a quo si ergo tūc non est in termino ad quem. tūc erit medium inter esse et non esse. Exempli gratia. Si aliquid mutatum est a non esse ad esse tunc deficit a non esse. et cum contradictoria non sint in eodem sic necessario habet esse. et sic est in termino ad quem mutatum est. quod erat probandum.

Amplius autē scdm.

Hic ponit secundam ratōnem que est vniuersalis quia respicit omnē motum et stat in hoc. Si illud quod mutatum est non sit adhuc in termino ad quem mutatum est. sed. citra illum terminū sequitur ꝙ quando mutatum est ẜm ꝙ huiusmodi adhuc mutetur. quod sic patet quia tamdiu mobile mutatur donec est in termino adquē ergo quando aliquid mutatum est et non est in termino ad quem oportet quod adhuc mutetur Ex quo concludit ꝙ illud quod factum est quādo factum est ē ens. et illud quod corruptum est. qn̄ corruptum est est nō ens.

In quo autē primo.

Hic ponit secundum scilicet ꝙ primū mutatum esse sit indiuisibile quod sic probat. Quia si aliquid mutatum est in aliquo diuisibili vl' ergo in vtraqꝫ parte illius diuisibilis mutatum est qđ est impossibile. quia oportet solum vnū terminū motus esse qui dicitur hic mutatū esse. ergo due partes non sunt mutatum esse. vel est mutatū in vna parte et non in alia sic habetur propositum quia tunc vltima est indiuisibilis quod fuit probandum.

Dicitur autē in quo.

Hic ex predictis soluit vnam questionem istam scilicet vtrum sit dare primū mutatū esse in motu. Et pro solutōe distinguit ꝙ dupliciter potest aliquid dici primū mutatum esse quia primū mutatum esse potest vno modo significare terminū motus in quo mutatio est perfecte terminata p̄mo. et sic est dare primū mutatum esse in motu quia est dare terminū motus indiuisibilem vbi motus terminatur in quo amplius non est motus. ẜ statim ante hoc fuit motus. Alio modo accipitur primū mutatū esse pro prima parte in qua primo incepit motus. et sic non est dare primū mutatum esse in motu. quia non est dař aliquam partem integralem motus quam non precedit alia pars prior. et hoc probat arestotiles ex tribus. Primo ex parte temporis. Secūdo ex parte mobilis. Tercio ex parte spacij. Ratō ex parte temporis stat in hoc. quia si posset dari p̄mū tempus in quo primo aliquid mutatum est id est in quo primo motus incepit vel hoc est in diuisibile. et tunc sequuntur duo inconuenientia. Primū est ꝙ tempus componatur ex indiuisibilibus. et sic indiuisibilia habebunt se consequenter in tēpore. Secūdum est ꝙ aliquid simul moueatur et quiescat. pbař quia in indiuisibili non potest esse motus ergo est quies. et tamen dicitur ꝙ in illo indiuisibili incipiat motus ergo ibi est motus. Si autem dicatur ꝙ illud tempus in quo incepit motus est diuisibile. tunc totum tempus non potest esse primū in quo incepit motus. quia illa pars temporis in qua dicitur primo motus incepisse habet adhuc priorem partē in qua prius motus incepit. Et simile iterum posset capi in linea in qua semper vltimū est indiuisibile et sunt duo pūcta extremalia. sed nō potest dari primū punctum cōtinuatiuū ita similiē ante p̄e mutatū esse est mutari. et sic non p̄t dari primū mutatū esse in quo. s. incipit motus. et hoc iđ ꝙ mutatū esse est ps motus q̄ est qđdaꝫ cōtinuū ẜ ps cuiuslibet ꝯtinui sp̄ ē diuisibilis. p̄t tn̄ bene dari p̄mū mutatū vltimatū qđ ē termi⁹ mot⁹. et silr̄ p̄t dari t'min⁹ a q̄ in quo nō ē mot⁹ Et g° nō sequiř si nō ē primū mutatū tūc nō incepit mot⁹ sicut nō sequit nō ē dabil' p̄ma ps linee g° linea nō hꝫ principiū q̄ linea hꝫ t'minū a quo ẜm ymagnatōem incipit linea ꝯ silr̄ in motus terminus a quo. i. post quē statim ē motus.

Sit enim primū in.

Hic ostendit idem ex parte mobilis et ex parte spacij ex parte mobilis sic. quia mobile primo p̄transit aliquem punctum spacij ẜm minorē partem q̄ ẜm maiorem. data ergo quacūqꝫ parte mobilis adhuc prior pars precedit illā. Simili ter probat idē ex parte spacij quia in pūcto spacij siue in indiuisibili non est motus. Incepit ergo motus in aliqua parte spacij quorum sit cōtinuū est dabilis prior pars. ergo non est dabile primū vbi motus incepit. LOCZ DVEEL.

Quoniam autē om.

Hic ostendit ordinem eorum que in motu inueniuntur. et primo premittit vnam distinctōnem scilicet ꝙ dupliciter aliquid dicitur mutari in aliquo tempore. Vno modo primo et p se. Alio modo ẜm alterum id est ratōne partis. Ex qua diuisione elicit talem regulam ꝙ si aliquid primo mutetur in aliquo tempoꝛe tunc etiam mutatur

in qualibet parte illius temporis. et illa regula deseruit ad probatõnem sequentium. Probat ergo illam regulam dupliciter. primo ex diffinitione eius quod est primũ. quia illud primo dicitur alicui cõuenire quod cõuenit sibi s̃m quamlibet partem. secundo probat eam ratõne et hoc sic. Quia diuidatur tempus in quo aliquid mouetur vel ergo in neutra parte mouetur et tũc etiam non mouebitur in toto quia totum est sue partes. vel in vtraqꝫ mouetur et tũc non potest primo moueri in vtraqꝫ sed primo in vna et postea in alia. et tunc iterum habetur propositum ꝙ si aliquid moueatur in toto tempoꝛe mouetur in qualibet parte. Si autem in vna moueatur et non in alia tunc non potest dici ꝙ primo mouetur in toto. quia quod quiescit in vna parte tẽporis non mouetur ꝓ toto tp̃e. sed primo ꝓ pte.

Ostenso autem hoc.

Hic ostendit tribus ratõnibus ꝙ omne moueri precedit mutatum esse scilicet ex parte mobilis ex parte temporis et ex parte spacij. Prima ratio stat in hoc. Si aliquod mobile moueatur per aliquod spacium in aliquo tempore tunc eque velox mobile mouebitur per medietatem spacij in medietate temporis igitur mobile quod ponitur moueri per aliquam magnitudinem fuit prius motum in medietate temporis per medietatem magnitudinis. sed in illa medietate est mutatũ esse ergo mutatum esse precedit moueri. Secũda ratõ tempus in quo aliquid mouetur est diuisibile s̃m aliquod nunc quod est terminus prioris et principium posterioris. In illo ergo nunc mobile est motum. et cum sit probatum ꝙ non habeant se consequenter duo nunc oportet ꝙ tẽpus precedat illud nunc. et in illo tempore aliqͦd est mutatum. ergo mutatum esse precedit moueri. Tercia ratõ est in ipo nunc non est mutari sed mutatum esse. et in tempore sunt infinita nũc s̃m potentiam. igitur quod mutatur in aliquo tempore fuit prius mutatum in ꝑori nunc temꝑis illius. THOMAS AQVINENSIS

Arguitur

Mutatum esse est terminus indiuisibilis motus ergo nõ potest talis precedere moueri. quia omne moueri est esse in motu sed terminus non potest precedere esse in motu. Dicendum est ꝙ mutatum esse accipitur dupliciter. Vno modo ꝓ mutato esse in actu. et sic mutatum esse dicitur vltimus terminus indiuisibilis motus vbi iam motus est terminatus. et sic accipiendo mutatũ esse nunꝙ̃ potest precedere ipsum moueri. sicut probat argumentum. et sic arestotiles supra accepit mutatum esse cum dixit omne quod mutatur quando mutatum est est in termino in quem mutatum est. Alio modo accipitur mutatum ẽe pro mutato esse in potentia. et sic omne illud dicitur mutatum esse in motu vbi potuit motus fuisse terminatus q̃uis iam non sit terminat⁹ et sic arestotiles bene loquitur hic ꝙ omne moueri precedit mutatum esse. i. p̃cedit aliquid vbi motus potuisset fuisse terminatus. et hoc potest sumi ex fundamento in textu quia si motus non incepit in indiuisibili. sicut prius probatum est necesse est ꝙ moueri sit in continuo tempe. Sed hoc continuũ tempus habet adhuc vnam ꝑtem ante se scilicet suam medietatem. et ibi est mutatum esse in potẽtia quod precedit totum mutari. Simile est de punctis in linea. quia i linea sunt duplicia puncta aliquod enĩ est punctum in actu in linea et illoꝛuꝫ sunt tñ duo scilicet inicians et terminãs. Sed puncta in potentia sũt infinita. Similiter de motu dicendum est quo ad mutatum esse. IHESVS XPS

Non solum autem ꝙ

Hic ostendit ꝙ econuerso ante omne mutatum esse est moueri. et ad hoc manifestandum supponit ꝙ omne quod mutatur mutatur in tempore. quod sic ostendit quia mobile nõ mouetur in termino a quo nec in termino ad quem nec est simul in termino a quo et ad quem. ergo sunt ad minus duo nunc in motu quorum vnũ est in termino a quo et alterum in termino ad quem sed inter duo nunc est tempus medium. sic necesse est ꝙ omne quod mouetur mouebitur in tempore. Tunc ponit principalem ratõnem primo ex parte temporis. secundo ex parte magnitudinis. Et stat prima ratõ in hoc quicquid mutatuꝛ est in tempore hoc prius mutabatur in medietate illius temporis. ergo ~~mutatum esse in toto tempore precedit mutari in medietate temporis.~~ et ergo ~~ante omne moueri est mutatum esse~~ et similiter probatur de magnitudine. quia si aliqͦd est mutatum supra totam magnitudinem tunc prius mutabat in parte illius magnitudinis.

ante omne mutatum ẽe est moueri

Eadem enim demon

Addit arestotiles q̄ non solum istud est verum in motu locali q̄uis ibi planius apparet. sed etiam est verum in alijs motibus scilicet in alteratione que est inter contrarias qualitates. et etiam in generatione et corruptione accipiendo illas ſm q̄ includunt previam dispositõnem et alteratõnem. et hoc sic ostendit quia in istis mutatõibus est aliquod tempus diuisibile in quo fit mutatio. dato ergo tempore diuisibili potuit dari prius tempis q̄z medietas illius tēpis.

Queritur Utrum sit dare primū et vltimū i motu. Dicendum q̄ cum primū et vltimū accipiantur in illis que habēt partes sic primū et vltimū in motu possunt attendi penes tria ſm triplices partes motus. quia vel penes partes subiectiuas vl' penes quātitatiuas vl' penes terminos. si penes partes subiectiuas tunc est simpliciter vltimū et primū in motu. quia est dabilis p̄ma species motus et vltima. vt patet octauo huius. Sed ſm partes quātitatiuas est distinguendum. quia vl' accipiuntur partes in motu ſm equalem diuisionem id est ſm partes eiusdem quantitatis. et sic est dabile primū et vltimū in motu sicut in q̄libet alio continuo. exempli gratia in ligno habēte decem pedes prima pars est primū pedale et vltima pars est vltimū pedale. Similiter in tempore prima hora diei est prima pars illius temporis et vltima hora est vltima pars illius temporis. Simile est d' motu quia motus factus in prima pede magnitudinis est prima pars mot' et factus in vltimo pede est vltima pars motus. Vel accipiuntur partes quātitatiue ſm eandē proportõem. et sic nec est dare primū nec vltimū in motu. quia sicut dictum est oportet motum esse in tempore diuisibili in spacio diuisibili et in mobili diuisibili. sicut ergo continuū diuiditur in infinitum ita data quacūq; parte versus principium vel versus finem motus dabitur prior pars versus principium vel vlterior pars versus finē. Sed ſm terminos est dare vltimū in motu. sed non primū quia datur mutatum esse in actu q̄d est terminus indiuisibilis motus et nō pars motus. Non autem datur primū ex parte termini. Cuius ratō est quia q̄uis in continuis permanētibus terminus est in actu vtrobiq; scilicet ex parte principij et finis. sicut linea habet duo puncta terminātia. hoc tamen nō oportet in continuis successiuis. quia in successiuis fit processus de potentia ad actum. et ideo actus est solum in termino ad quem id est in termino finali. et ideo ex parte finis est dabile vltimū indiuisibile in actu. ¶ Et si dicatur q̄ est etiam dare aliquid idiuisibile vbi non est motus ex parte principij sicut ex parte termini. ¶ Dicendum q̄ tale indiuisibile datum in principio non habet ordinem ad motum quia non est initiū motus. sed indiuisibile in termino ad quem est terminus motus. et hoc ideo ē q̄z motus bene terminatur in idiuisibili. sed non incipit in indiuisibili.

Arguitur Si non est dare primū et vltimū in motu tunc erit motus infinitus. ¶ Dicendum q̄ hoc quod non habet primū et vltimū nullo modo hoc est quātitatiue infinitum. sic autem non est de motu quia motus habet primū et vltimū accipiēdo in motu partes eiusdem quātitatis. et hoc sufficit ad hoc q̄ motus sit finitus. ¶ Si autem sumātur partes ſm eandem proportõnem tūnc nec dabitur primū nec vltimū. et tamen non est motus infinitus. quia q̄uis tūc motus non habeat terminos p̄prios quātitatiuos intrinsecos. terminatur tamen et incipit per terminos quātitatiuos extrinsecos. quia est aliquis vltimus termi' vbi non est talis motus tam penes inceptõem q̄ desitõnem. aliquid autem terminat ad terminos extrinsecos sicut liquores terminantur ad terminū vasis.

Arguitur. Verum est dicere q̄ mot' incipit et desinit. vel ergo incipit in mutato esse vel in mutari. Si in mutari tunc ante illud mutari non est mutatum esse. Si in mutato esse tunc ante illud non est mutari. ¶ Dicendum q̄ nec motus incipit i mutato esse nec incipit in mutari quia motus vt p̄us dictum ē nō incipit in mutato. nec etiam est ibi mutari quia mutari est esse in motu. sed esse in motu presupponit inceptõnem motus. sic inceptio motus esset ante mutari. Ex quo patet q̄ inceptio et desitio in motu non debent capi affirmatiue sed negatiue. Circa quod sciendum q̄ illorum que incipiunt quedam incipiunt per mutationem successiuam sicut mot' p̄prie dictus. q̄dā incipiūt p̄ mutatõem instātaneā sicut illa q̄

acq̄rūtur p generatōnem et corruptōem. In his ergo que incipiunt successiue datur inceptio per vltimū non esse ex parte inceptōis. exempli gratia motus incipit id est motus iam non est et statim post hoc erit. Ex parte autem desitionis datur desitio per primū non esse. quia in vltimo indiuisibili termino motus non est motus et prius fuit motus. exempli gratia motus desinit eē id est motus iam non est et prius ante hoc fuit. Alia sunt que incipiunt et desinūt in instanti et in illis mūtatūr expositō q̄tum ad inceptionem. quia inceptio datur p primū instans esse et sic affirmatie. exēpli gratia hō icipit eē debet sic expom homo iam est et immediate ante hoc nō fuit. et hoc pbatur autoritate arestotilis i octauo huius et etiam ratōne. Autoritate quia dicit octauo huius q mutatō tenet se cūm passiōne posteriori id est cum forma posteriori que acquiritur. ab illa ergo debet denominari mutatio. et ideo quando embrio corrūpitur et homo generatur tūc debet esse denominatio a posteriori passione scilicet ab homine. et ideo debet expom p primū instans esse. Ratō istius est quia quādo aliquid fit in instāti tūc pro illo instanti simul fit et factūm est. Pro cuius intellectū notādū q qñ. producitur aliquid per instantaneam mūtatōez tūc per totum tempus precedens vltimū instās est prior forma que corrūpitur vel abijcitur. et in vltimo instanti est sub forma que acquiritur. et ideo optime exponitur per primū instans esse. qz hoc vltimū instans est primū esse noue forme. qz prius per totum tempus non fuit illa forma in materia sed in materia fuit forma que abijcitur Sed ex parte desitionis est differentia. quia qñ qz desinente aliqua forma per corruptōnem seq̄tur noua forma positiua in materia. Sicut quādo homo corrūpitur generatur forma cadaueris que est forma positiua. quandoqz ad corruptionem prioris forme non sequitur forma positiua sicut quando lumen corrūpitur. q̄a tenebre non sunt noua forma. Si ergo in desitōne non seq̄tur noua forma tūc desitio exponitur affirmatiue per vltimū instans esse. exempli gratia lumē desinit esse. i. lumen iā est in aere et statim post hoc non erit. Si autem in desitione seq̄tur noua forma tūc desitio exponitur negatiue per primū non esse. Exēpli gratia sortes desinit esse id est sortes iam non est et immediate āte hoc fuit

Cuius ratō est quia in eodem instanti est generatio et corruptō quia nisi sic tūc materia staret nuda quod est impossibile. Sequela patet quia quando abijcitur aliqua forma in instanti. si ergo in alio instanti noua forma introducat manifestum est q inter duo instantia est temp⁹ medium. ergo essz aliquod tempus in quo materia nullam haberet formam. non eīn habet priorē formam quia corrupta est nec posteriorem quia nō dum introducta est. Probato ergo q in vno instanti fiat generatō et corruptio tūc patet ppositum. dictum est eīn q in illo instanti inest forma que acquiritur per generatōnem. cum ergo due forme substantiales non sunt in eodem nō potest pro eodem instanti inesse forma que abijcitur. et sic oportet desitionem dare per primū nō esse. Ex istis patet quomodo debent expom īceptōnes et desitōnes in generatōne et corruptōne quia si capiantur fm q includūt preuias alteratōes. sic debet in eis fieri expositio sicut in motibus successiuis scilicz per vltimū non esse ex parte inceptōnis et per primū non esse ex parte desitionis. Si autē capiantur pro illis instātaneis introductōnibus formarū tūc debet expositio fieri in eis per primū instans esse ex parte inceptionis. et per primū non esse ex parte desitōnis quādo seq̄tur noūa forma.

Quoniam autē om.

Postq̄ arestotiles ostenderat quomō inuenitur primū et vltimū in motu. Hic cōsequenter determinandum est de finito et infinito quomodo se habent ad motum. et primo supponit q finitum et infinitum inuenīūtur in magnitudine motu et tempore. Et circa hoc ostendit q equaliter inuenīūtur in magnitudine motu et tempore. Et supponit duo. primū est q omne quod mouetur est in tempoē. Secūdum est q in maiori tempore pertransitur maior magnitudo. Ex his suppositis probat quod intendit scilicet q non requiritur tempus infinitum ad pertranseunduz magnitudinem finitam. et hoc probat sic. Si detur mobile eque velociter motum moueri per totam magnitudinem tūc tale mobile pertransibit aliquam partem magnitudinis in tempore finito secūdo pertransibit aliam partem eiusdem quātitatis etiam in tempore finito. sed multe partes accepte in aliquo corpore finito reddunt

magnitudinem finitam. ergo sicut vnam partē ptrāsit tempore finito ita etiam ptrāsit totam magnitudinem tēpore finito. exēpli gratia. Sicut magnitudo finita habens centū partes ad quam pertranseundem non oportet esse tempus infinitum quia vna pars pertransitur tempore finito scilicet in anno· sic tota magnitudo pertransietur in centū ānis. ergo non requirit ad hoc tempus infinitum. ¶ Deinde addit arestoteles ꝙ idem sequitur si dentur mobilia non eque velociter mota .quia etsi partes temporis sunt inequales in motu· quia in vna parte mouetur velocius et in alia tardius· sunt tamen finite sm multitudinem· et sic non potest ex eis constitui tempus infinitū.

Eadem autem ratio.

Hic probat econtra si tempus est finitum etiā oportebit magnitudinem esse finitam· quia capiendo aliquam partem temporis pertransit aliqua pars magnitudinis· sed illa pars magnitudinis aliquotiens sumpta reddit totam magnitudinem. Ex hoc sic arguitur. Nullum mensuratum est infinitum. sed ista magnitudo que dicit esse infinita mensuratur per tempus finitum. ergo etiam magnitudo nō est infinita.

Demōstratis āt his.

Hic consequenter arestotiles ostendit ꝙ mobile non potest esse infinitum si tempus et magnitudo sint finita duabus ratōnibus. Et stat prima in hoc partes mobilis et temporis proportōnant quia in parte temporis pars mobilis pertransit aliquod spacium. ergo etiam habent proportōnem. et sic si vnū est finitum alterū erit finitum. Secūda rō stat in hoc si mobile infinitum pertranseat spacium finitum tūc etiam mobile finitum pertransibit spacium infinitū. quia ex quo tam mobile est quātum ꝙ etiam spacium nihil refert dicere quod illorum moueatur aut qēscat quicquid autem quiescit habetur pro spacō et qđ mouetur habebit pro mobili. ¶ Similiter arestotiles ostendit ꝙ nō potest esse mobile infinitum spacio existente finito et tempꝛē finito. Et similiter dicitur ꝙ eadem est demonstratio. si accipiatur tempus īfinitum et spacium finitum mobili existente infinito. Et sic cōcluditur ex omnibus istis ꝙ tempus motus magnitudo et mobile equaliter se habent ad finitū et infinitū.

Queritur

Vtrum eodem modo ista quatuor habeant se ad finitum et infinitum scilicet spacium tempus mobile et motus. ¶ Dicendum ꝙ sic. Et ratio est quia finitum et infinitum sunt passiones quantitatis. ex hoc sic arguitur vbicūqꝫ sunt eadem principia ibi sunt eedem passiones quia passiones oriuntur ex principijs. sed rō quātitatis in qua fundatur infinitas est vna in istis. quia deriuatur quātitas a magnitudine ad motum et ad tempus. ergo habebunt easdem passiones scilicet finitū et infinitū.

Arguitur

Potest quandoqꝫ mobile esse finitum et tamē motus et tempus sunt infinita. vt patet de motū celi. ¶ Dicendū ꝙ sentētia arestotilis intelligēda est de mobili quod mouetur motu recto et nō de mobili quod mouetur motu circulari. Cuius ratō est quia quod mouetur motu recto hoc habet semꝑ nouas partes spacij circa quas mouetur quas prius non habuit et nō reiteratur eadem pars sicut in motu circulari. et ergo in motu recto sic est ꝙ si motus sit infinitus etiam spacium erit infinitum. In motu autem circulari non accipiuntur semper noue partes que nunꝙ erant prius accepte. ergo potest talis motus esse infinitus mobili exñte finito.

Arguitur.

Aliquod mobile potest moueri per potentiam diuinam per spacium sm partes eiusdem proportōnis. et ille partes sunt infinite ergo mouebitur mobile finitum per spacium infinitum ¶ Dicendum ꝙ hoc est impossibile ꝙ moueatur aliquod mobile per partes eiusdem proportōnis in continuo que sunt in potentia. sed oportet ꝙ ps super quam mobile mouetur sit i actu. quia actu tangitur per mobile. Si ergo moueretur aliqđ mobile sm partes eiusdem proportōnis tunc ille partes essent in actu quia per eas fit motus. et non sunt in actu quia sunt partes eiusdem proportionis. et sic aliquod idem esset simul in actu et nō in actu qđ implicat.

Arguitur

Quies infinita non requirit subiectum infinitum. ergo nec motus infinitus requirit mobile et spacium infinita ¶ Dicendū ꝙ nō ē simile quia terra in infinitum quiescit. et tamen ipsa non est

infinita.quia quod quiescit per totū manet in eo
dem loco.sed quod mouetur mutat continue lo=
cum et ex illa mutatōne surgit diuisio in partes
tam mobilis q̄ temporis q̄ spacij. Cum ergo
partes hincinde debent proportōnari sic scilicet
si vnū est infinitum etiam alterum erit infinitū
ergo si partes mobilis sunt infinite oportet mo
tum esse infinitum.

Quoniā autez omne

Postq̄ arestotiles determinauit de diuisiōe mo
tus.et quomodo se equaliter habent ad finitum
et infinitum motus tempus et mobile. Hic con
sequenter determinat de his que spectant ad qui
etem.et circa hoc primo determinat de stare.scdo
de quiete. Stare autem vt hic accipitur est ten=
dere ad quietem.primo ergo probat q̄ omne qd
stat mouetur et hoc tali ratōne. Illud quod stat
aptum natum est moueri.sed non quiescit ergo
mouetur. Maior patet quia si priuatio et habi=
tus comparantur ad idem subiectum tūc necesse
est vnū illorum inesse subiecto oē ergo quod ap
tum natum est moueri vel mouetur vel quiescit
Minor patet quia stare est ad quietem tendere
et sic nōdum quiescit. Scdo probat q̄ omne qd
stat in tempore stat et hoc duabus ratōnibus.
Prima est oīne quod mouetur mouetur in tem
poē.sed omne quod stat mouetur ergo omne qd
stat in tempore stat. Secūda ratō est.in quo in
ueniuntur velocius et tardius hoc potest mensu
rari tempore quia velocius et tardius mensurā
tur tempoē.sed omne quod stat stat velocius et
tardius ergo omne quod stat in tempore stat.

In quo aūt tempore.

Hic arestotiles vult ostendere q̄ non est dare p̄
mū nec vltimū in statione nec in quiete. Et pri
mo ostendit qualiter dicatur aliquid stare in to
to tempore.et dicit q̄ hoc dicitur stare in toto
tempoē quod stat pro qualibet parte illius tem
poris quia si non staēt ſm qualibet partem tūc
staret solum ſm vnam partem.et quia stare est
etiam moueri.ideo ponitur hic eadem probatio q̄
prius data fuit de motu vbi probatum fuit q̄ si
aliquid mouetur primo in aliquo tempore tunc
mouetur in qualibet parte illius tpis

Sicut autem quod.

Hic ponit principale quod intendit scilicet q̄ nō
est dare primam partem in statōe.quicquid eñi
stat i aliquo tempore prius stetit pro medietate
illius temporis et hoc sic ostenditur. quia quod
stat in aliquo tempore stat pro qualibet parte
illius temporis.cum ergo statō non potest eē in
indiuisibili.sic statō solum datur in tempore.sed
dato tempore continuo datur prius tempus.er
go non est dare primū in statōe. Deinde ostem
dit q̄ non est accipere primuz in quiete et primo
resumit duas ratōnes prius positas quibus pro
batum fuit q̄ non est quies in indiuisibili tem=
poris quarum prima fuit.motus non est in indi
uisibili temporis ergo nec quies quia in eodem
contingit semper aliquid quiescere et moueri. se
cūda ratō hoc dicitur quiescere quod habet se eo
dem modo nūc et prius.sed in indiuisibili non ē
nūc et prius ergo oportet quietem esse in diuisibi
li quod habz nūc et prius Ex quo sic arguitur q̄
es non est in indiuisibili temporis sed in tempo
re.dato ergo illo tempore in quo est quies da=
bitur adhuc medietas illius temporis. et sic fu=
it prius quies.et ideo totum fundamentum isti
us materie stat in hoc q̄ in indiuisibili non est
quies.

Quoniam autem oē.

Hic ponit quandam consideratōnem per quam
distinguitur illud quod mouetur ab eo quod q̄
escit.et hoc ideo quia in secūda ratōe dictum est
prius q̄ quiescere est se habere eodem modo nūc
et prius. Intendit ergo q̄ quando aliquid moue
tur per se dum mouetur semper se habet per totū
tempus in alia et alia dispositōne.et sic nō est
per aliquod tempus in eadem dispositōne.sed hoc
dicitur quiescere per se quod se habet per totum
tempus in eadem dispositōne.et sic non est p ali
quod tempus in alia.

Queritur Vtrum in quiete sit da
bile primū et vltimum.

Dicendum q̄ non.et ratō est quia quies fit
semper in tempore sicut dictum est et non in in=
stanti dato ergo tali tempore dabitur prior ps
in eodem tempore. Et eadem ratō quo ad hoc ē
de stare.q̄uis eñi stare et quiescere apud nos vi
deantur esse multū ppinq̄ in significato non tñ
apud grecos a q̄bus sunt isti termini nob trāslati
nā stare est ad q̄etem tēdere.et io stare ē moueri

Sed quiescere non est moueri.

Arguitur In termino indiuisibili mo tus est quies. ergo est dabi le primū in quiete. Dicendum q in indiuisibili termino motus non est motus nec quies q̄a mo tus et quies solum habent fieri in tempore. hoc autem vltimū est indiuisibile temporis. ergo in eo non potest esse quies nec motus. Est autem quies statim post hoc indiuisibile assignatum in tempore sicut motus fuit ante hoc indiuisibile p totum tempus. et ideo datur inceptō quietis per vltimū non esse sicut inceptio motus debet. ergo sic exponi quies incipit esse id est quies iam non est sed statim post hoc erit. Ex quo patet q idez est indiuisibile quod est primū nō esse motus. et quod est vltimū non esse q̄etis.

Zeno autē deratō. Iste ē tercius tractat' sexti libri in q̄ exclu dit errores circa motum. et sunt tres errores quos excludit. primus fuit zenonis qui dixit ni hil moueri. secūdus fuit democriti qui dixit indi uisibilia moueri. tertius fuit eracliti q̄ dixit om nia moueri. Quantum ad primū ponit quatuor ratōnes quibus voluit zenon destruere motum localem. Deinde ponit vnam ratōnem ad exclu dendū motum inter contradictoria. tertio ponit vnam ratōnem ad destruendum motum circula rem. et sic in summa sunt sex ratōnes ad destru endum motum in genere. et proponit vnam ra tōnem que pertinet ad illud quod statim de mo tu et quiete dictum est. Et stat ratō in hoc nihil mouetur quando est in loco sibi equali sed om ne quod fertur localiter est in loco sibi equali in quodlibet nunc. ergo nihil mouetur. Istam ratio nem soluit aristotiles per ea que dicta sunt p̄us scilicet quando aliquid mouetur in aliquo tem pore tūc etiam mouetur pro qualibet parte illi us tēporis q̄uis non moueatur pro aliquo nūc illius temporis. et sic si aliquod mobile p aliquo nūc est in loco sibi equali non tamen in qualibz parte temporis est in loco sibi equali. quia in tē pore semper recipit aliū et alium situm. Vel po test aliter sic dici q dupliciter aliquid est in loco sibi equali. Vno modo absq; tendentia ad aliuz locum id est q non tendat vlterius ad alium lo cum. et sic est verum q quicquid est in loco sibi equali quiescit. Alio modo aliquid est in loco si bi equali tēdēs ad aliū locū. et sic illud q̄d mouet ē in loco sibi eq̄li q tendit sp ad alium locū quē acquirit per motum localem qui locus est p̄prie terminus motus licet alia loca sint deferentia ad vltimū locum et non terminantia motum.

8 **Quatuor autē sunt.** Hic ponit ordinatim quatuor ratōnes zenonis quibus videbatur destruere motum localem. Pri ma stat in hoc. Infinitum non potest pertransi ri. sed quelibet pars spacij supra quam est mot' est infinita. ergo non potest pertransiri. cum in finitum habeat infinitas ptes q̄a diuisibile est infinitum.

Secunda autem vo. Hic ponitur secūda ratō quam vocauit achillez quasi inuincibilem aut insolubilem. quia sicut achilles fm hystoriam troianam fuit inuincibi lis viribus sic ista ratō est inuincibilis fm eum quo ad solutōnem et stat in hoc. Si aliquid mo ueretur sequeretur q mobile velocissimū nunq̄ posset attingere mobile tardissimū si mobile tar dissimū incepit moueri ante mobile velocissimū quod est falsissimū et contra sensum. Probatur tamen quia si tardissimū ponatur precessisse ve locissimū in aliqua parte spacij. et hoc spaciū est infinitum quod est inter tardissimū mobile et ve locissimū sicut in priori ratōne dictum est. nunq̄ ergo poterit velocissimū mobile venire ad illum locum vbi nūc est tardissimū. Solutō ergo ista rum duarum ratōnū stat in hoc q spaciū supra quod fit motus accipitur dupliciter. Vno modo fm partes potentiales que sunt partes eiusdez p̄portōnis. et sic spacium habet infinitas partes sed sic mobile non vtitur spacio in motu. Alio modo accipitur spatium fm partes actuales. et sic spaciū habet partes finitas. et sic mobile vti tur spacio quia describit ptes actuales q̄ntitati uas in motu.

Tercia que nunc et di. Tercia ratō zenonis est semel superius dicta sci licet in p̄ncipio tertij tractatus. in qua quidem supponit q tempus componitur ex nūc ideo ex superius dictis circa eandem ratōnem soluitur. Deinde ponitur quarta rō que stat in hoc. Si est motus localis tūc sequitur q idem erit temp'

duplū et dimidium. ꝓbatur quia ponantur mobilia moueri eque velociter sic ꝙ vnū moueatur supra spacium quiescens et aliud mobile moueatur supra spacium simul motum cum mobili tūc illud mobile quod ponitur supra spacium simul motum in eodem tempore pertransit duplex spacium pro quo tempore aliud mobile positum supra spacium quiescens mouetur supra dimidium spacium. sed ad describendum duplex spaciū requiritur duplex tempus. ergo idem tempus est duplum et dimidium. est duplum quia in illo tēpore pertransitur duplex spacium ab illo mobili quod mouebatur supra spacium motum. et est dimidiū quia describitur dimidiū spaciū per aliud mobile quod mouetur supra quiescēs spaciū. Ponit autem solutōnem illius ratōnis. Et dicit ꝙ ista ratō presupponit falsum. quia non semp requiritur tempus duplex si describat̄ duplex spacium. sed hoc oportet si cetera sint paria id ē eodem modo se habeant mobilia ad spacium sic ꝙ spaciū vndiqꝫ quiescat vel vndiqꝫ moueatur. sed hoc non est hic. quia vnū spacium quiescit et aliud mouetur. et ideo vtiqꝫ verum est si duo mobilia eque velocia ponūtur moueri super spacium quiescens tūc ad describendum duplex spaciū requiritur duplex tempus.

Neqꝫ igit̄ sc̄dm muta

Ponit aliam rōnem p quam excludebat̄ motuꝫ inter ꝯtradictoria et stat in hoc. Illud quod mutatur non est in aliquo termino. quia quando ē in termino a quo nō mutatur sed mutabitur. et quando est in termino ad quem non mutatur ꝫ mutatum est. ergo solum mutatio est in medio inter terminū a quo et ad quem. sed inter cōtradictoria non est mediū ergo inter cōtradictoria non est mutatō. Respondit aresto. in textu ponendo solutōnem ad hominem. Quis nō est medium inter contradictoria quo ad totum tamen bñ quo ad partes. cōtingit eñ ꝙ inter album et non album est mediū quo ad partem. et hoc contingit quādo vna pars subiecti sit nigra et alia alba tūc hoc subiectum non ꝓprie est album nec nigrum. Solutō vera est ista ꝙ ista ꝓpositio assumpta in maiore scilicet ꝙ motus est in medio duorum terminorum est vera in motibus ꝓprie dictis scilicet successiuis. quia ibi est tempus medium sed in mutatōnibus ꝓprie dictis nō est verum quia mutatōnes fiūt in instanti.

Itē in circulo et in spera

Ponit ratōnem zenonis per quam nitebatur destruere motum circularem et est ista. Si aliqđ mouetur circulariter sequitur ꝙ idem mouetur et quiescit quod est impossibile. Sequela patet quia hoc quiescit quod non mutat locum. sed qđ mouetur circulariter non mutat locum. quia manet in eodem loco. non potest ergo dici ꝙ aliqđ moueatur sperice vel circulariter. Hanc ratōem soluit arestotiles dupliciter. primo q̄uis corpus spericum manet in eodem loco ꝫm totum. et quātum ad hoc verum est ꝙ ꝫm totum non mouetur. mutat tamen locum ꝫm partes. et ergo ꝫm partes mouetur. Scd̄o sic soluit quia quodāmodo totum procedit de loco in locum inq̄tum scilicet mutatur corpus spericum ꝫm diuersas circulatōnes quarum vna succedit alteri sic quodammodo mouetur de vna circulatōne in aliam. et sic adhuc quodāmodo mouet̄ ꝫm totū.



Ostēsis aūt dicimus

Nūc ponit secūdam opinionem erroneam de motu que fuit democriti qui dixit indiuisibilia moueri. posuit eniꝫ democritus multa corpora athomalia id est indiuisibilia que dicebantur corpora ꝫm eum. quia sunt principia corporum. et quia illa corpora vniuntur adinuicem per congregationem et diuidūtur per segregatōnem ideo necesse est ꝙ moueantur localiter. dixit enim ꝙ homo esset compositus ex athomis differētibus in positōne figura et ordine. Est ergo intentō arestotilis ꝙ indiuisibile ꝫm quātitatem sicut ē pūctus non potest moueri per se licet per accidens dicebatur notanter indiuisibile ꝫm quātitatem quia indiuisibile ratōe est per se mobile sicut homo et azinus. addebatur vlterius licet p accidēs quia indiuisibile etiam ꝫm quātitatem potest ꝑ accidens moueri ad motuꝫ illius in quo est sicut punctum mouetur per accidens ad motum linee aliquid tamen dupliciter mouetur per accidens. Vno modo sic ꝙ ipsum natum est per se moueri sicut pars integralis in toto mouetur cum toto et tamen est apta nata moueri per se. quia potest diuidi a toto. et sic mouebitur per se. Alio modo mouetur aliquid per accidens. quia nō potest per se moueri nec aptum natum est per se moueri sicut accidens vt albedo. et sic etiā est de pūcto. et hoc ꝓbat aresto. infra tribus ratōnibꝰ.



Muteťur igitur ex a.

Hic ꝓbat tribus rōnibus hoc quod prius dictum est. s. ꝙ indiuisibile ſm q̄titatem nō potest ꝑ se moueri. Prima rō stat in hoc quia vel indiuisibile esset ꝑ toto tempe in termino a quo. et sic adhuc nō mouetur. vel esset in toto tempe in termino ad quem. et sic iteꝝ motum est et non mouet vel est ꝑtim in termino a quo et ꝑtim in termino ad quē. et sic indiuisibile erit diuisibile. si ergo moueretur indiuisibile moueretur in tpe indiuisibili et sic tempus componeretur ex nūc. Scđa rō est omne mobile prius ꝑtransit magnitudinē minorem se vel equalez sibi q̄ magnitudinē maiorē se sed indiuisibile non potest ꝑtransire magnitudinem minorem se. quia tūc esset diuisibile. et sic esset dare minus indiuisibili. nec equalem quia tūc magnitudo sup quam est motus componeretur ex indiuisibilibus. Tercia ratō est omne mobile si est minus tūc in minori tempore prius ꝑtransit aliquod signū spacij quod maius mobile non ꝑtransit si ergo indiuisibile in aliquo tempore ꝑtranseat aliquod signū spacij tūc in minore minus mobile ꝑtransibit idem signū. ⁊ per cōseq̄ns erit aliquid minus indiuisibili. ¶ Ex isto textu sumitur quare non cōuenienter ponitur corpus mobile subiectum libri phisicoꝝ sicut ens mobile quia mobilitas non notorie presupponitur de corpore. quia democritus dixit indiuisibilia q̄ nō sunt corpa moueri ꝫ tamen ista indiuisibilia dixit esse entia. et ideo ſm omnes phos mobile notorie presupponitur de ente sicut in principio primi dictum est.

Mutatio autem nō.

Hic ponit terciam opinionem erroneaꝫ circa motum ipsius eracliti qui posuit omnia semper moueri sic ꝙ nihil maneret in aliquo tempore sub aliquo t̄mino motus. primo ergo ostendit ꝙ mutatio non est infinita loquendo de mutatōnibus preter motum localem. et hoc sic probat omnes mutatōnes preter motum localem sunt int̄ certos terminos. vel contradictorie oppositos sicut generatō et corruptio vel contrarie oppositos sicut augmentatio et diminutō vel alteratio. tūc arguit sic nulla mutatō habens terminos est infinita. quia terminus repugnat infinito. sed omnis mutatō sicut dictum est habet terminos. ergo nulla mutatio est infinita. Et quia ista ratō soluta videtur cōcernere alios motus a motu locali. non eī̄ videtur ꝙ omnis motus localis est inter duo cōtraria. sed solum motus localis qui est inter corpora naturalia vniuersi sicut motus grauium et leuiū. alij autem motus nō sunt inter determinatos terminos. sed determinantur ab aliquo agente ſm voluntatem aut ſm appetitum sensitiuū. sicut patet in hominibus et alijs animalibus. ergo arestotiles singulariter ꝓbat ꝙ nulla loci mutatō sit īfinita. Et hoc tali ratione. quod est impossibile factum esse est impossibile fieri. sed impossibile est factum esse ꝙ motus localis sit infinitus ergo impossibile est motum fieri infinitum. maior patet quia fieri sit ꝓpter factum esse. et ideo hoc fieri est frustra ad quod non sequitur factum esse. sed in rebus nihil sit frustra. minor patet quia īfinitum nō potest pertransiri.

Sed si sic contingit.

Hic remouet vnam cauillatiōem quia posset q̄s dicere ꝙ motus celi est infinitus. ergo motus localis potest esse infinitus. Sed dicendum ꝙ motus celi est bene infinitus ſm duratōnem temporalem. sed non est infinitus ſm speciem et terminū specificum sic scilicet ꝙ nulluꝫ habeat determinatum terminū a quo specificetur. sic eī̄ dixit eraclitus ꝙ nunq̄ mobile posset manere aliquo tempore sub vno termino essentiali motus propter continuā mutatōeꝫ. et ideo motus non haberet determinatum terminū. hoc autem reprobatum est per predicta.

Omne quod mouetur ·

Queritur que sit cõ ordinis istius libri ad sextũ. Dõm q̄ ista q̄ postq̄ arestotiles determinauit de motu ꝓm se et de ꝑtibus motus in q̄nto et in sexto nũc determinat de motu ꝑ ꝯparatõem ad motorem extrinsecũ · et q̄ ꝑtes motus siue subiectie siue q̄titatiue hñt se eẽntialius ad motũ q̄ motor extrinsecus · ideo prius determinatũ est de motibus ꝓm ꝑtes q̄ de ꝯparatõe ad motorẽ · Determinat igitur in hoc septimo de motu ꝑ ꝯparatõez ad motorẽ in cõi · In octauo ãt spẽaliter oñdit quis sit prim⁹ motor et qualis · Habet igit̃ iste liber duos tractat⁹ in pmo determinat q̄ nõ est ꝓcessus in infinitũ in mouẽtib⁹ et motis · In scdo agit̃ de cõparatione motuũ · Intendit g° ꝑ pmo tractatũ talem cõem · Omne qd mouet̃ ab alio mouet̃ · sed nõ est ꝓcedere in infinitũ in mouẽtib⁹ et in motis · ergo deueniendũ est ad aliqd primũ mouens Probat pmo maiorẽ deinde minorẽ · Maiorem ꝓbat inductiue et rõe · Inductiue sic · Omne qd mouet̃ vel mouet̃ violẽte vel naturalit̃ · Si mouet̃ violente tũc manifeste ab alio mouet̃ vtz ex diffinitõe violenti · q̄ violentũ est qd est ab extrinseco passo nõ ꝯferente vim · tcio ethicoꝝ · Mot⁹ naturalis ẽ duplex q̄ aliqũa mouentur a seipsis sicut aĩalia · alia mouent̃ ab alijs sicut g̃uia et leuia · In his ergo q̄ mouent̃ ab alijs manifestũ ẽ · In aĩalibus ãt dõm ẽ q̄ q̄uis animal non mouet̃ ab aliquo sepato ab ipso mouet̃ tñ ab aliq̄ cõiuncto sibi quod ẽ ꝑs eius.

Amplius qd a seipso

Hic ponit rõem ꝓbantẽ maiorẽ et stat in hoc · nihil qd q̄escit a motu suo ad quietẽ alt̃ius mouet̃ ꝑ se pmo · sed oẽ qd mouet̃ q̄escit a motu suo ad quietẽ alterius · i · sue ꝑtis · ergo nihil mouet̃ a se primo · Maior pz q̄ qd ꝯuenit alicui ꝑ se primo hoc nõ remouet̃ ab eo ꝑ hoc qd remouet̃ a q̄libet alio · et iõ hoc qd remouet̃ ab aliquo ex hoc q̄ remouet̃ ab alio non ꝯuenit sibi ꝑ se pmo · exempli grã · Si rõnale remoueat̃ ab hoĩe q̄ remouetur a pede hoĩs · tũc nõ ꝯueniret hoĩ ꝑ se pmo · Si g° motus remouet̃ ab aliquo q̄ remouet̃ a ꝑtibus mobilis · g° ꝯuenit ꝑtibus pmo · et hoc intẽdit a · minor ꝓbat̃ q̄ ꝑ quietẽ ꝑtis totũ nõ mouet̃ ꝑ se primo cũ mot⁹ totius depẽdeat ex motu ꝑtiũ ·

Queritur Vtz omne qd mouetur ab alio mouet̃ · Dõm q̄ sic · videt̃ tñ q̄ nõ q̄ aĩalia mouent̃ a seipsis g° nõ ab alio · Dõm q̄ aliq̄d moueri a seipso p̄t duplr̃ intelligi · Vno mõ pmo · i · grã totius sic · s · q̄ totum moueat totũ · et sic nõ p̄t dici q̄ idẽ moueat seipsuz q̄ tũc idẽ ꝓm idẽ eẽt in actu et in poñã · q̄ qd mouet ꝓm q̄ hmõi ẽ in actu et qd mouet̃ ꝓm q̄ huiusmodi ẽ in poñã · Alio° p̄t intelligi q̄ aliquid mouet̃ a seipso scdo · i · grã ꝑtis sic · s · q̄ vna res hẽat duas ꝑtes q̄z vna ẽ mouẽs et alia mota et sic aĩalia dicũt mouẽ seipsa q̄ grã forme mouent et grã mat̃ie mouent̃ · et arestotiles intendit q̄ nõ deuenit̃ ad aliqd mouens seipm totũ siue q̄ nõ sit aliq̄d mouẽs corporeũ cui ꝑ se pmo ꝯueniat motus · ꝭ mouẽti corporeo cõuenit mot⁹ grã ꝑtis · et sic nõ ꝯuenit toti ꝑ se pmo qd hic intẽdit Et si dicat̃ aresto · dt q̄nto h⁹ q̄ aliq̄d transmutat̃ ꝑ se pmo · Dõm q̄ sicut ibi dictũ est aliq̄d bene trãsmutat̃ ꝑ se pmo · ꝭ nõ a se pmo · q̄ aliqd totũ ẽ cui ꝯuenit mot⁹ formalit̃ qd ẽ moueri ꝑ se primo · ꝭ nõ ẽ aliqd totũ cui ꝯuenit mot⁹ a se primo effectiue qd significat̃ ꝑ prepositõem a ·

Arguitur · Spiritualia mouent̃ et non ab alijs g° a seipsis · Añs ꝓbat̃ quia spũalia intelligũt et intelligẽ ẽ moueri · Dõm q̄ intelligẽ siue intelligi nõ sũt motus nisi similitudinarie dicti · mot⁹ ãt realis et phisicus ẽ solũ in corporibus · q̄ corpora ꝓpe trãsmutant̃ de loco in locũ · Et si dicat̃ etiã subẽ sepate trãsmutant̃ de loco in locũ · Dõm q̄ subẽ sepate nõ sunt in loco ꝑ circũscriptõez ꝭ solũ ꝑ applicatõem virtutis · et iõ nõ describũt ꝯtinuũ spacium q̄n mouent̃ de loco in locũ sicut corpora · et sic non habent motum phisicum qui sit ꝓm continuitatẽ

spacij saltē loquendo de motu locali.

Arguitur Graue exn̄s sursum mouet se deorsum et aq̄ calida mouet se ad frigiditatē. g° aliq̄d mouet a seipso. Dōm q̄ dēq3 mot⁹ fit ab extrinseco. s. a remouēte phibēs. q2 g̃ue manet sursū p hoc qd̄ detinet sursū si g° hoc detinēs remoueat tūc remouet phibēs ab aliq̄ descēsū lapidis deorsū. Silr dōm ē de aq̄ calida. q2 illa iterū tēdit ad frigiditatē p hoc qd̄ remouetur ab igne q2 ignis phibet frigefactionē aque qn̄ āt ignis remouet tūc remouet phibens frigiditatem.

Arguitur Ratio text⁹ nō valet q2 illud qd̄ mouet grā ptis etiam mouet p se. Dōm q̄ p se accipit dupliciē. Uno mō vt distinguit ɔtra p accn̄s. et sic etiam hoc cōuenit alicui p se qd̄ ɔuenit sibi grā partis q2 p se scd̄o. Alio mō accipit p se ꝫm eius principalem significatōem. et tūc hoc dr̄ cōuenire alicui p se qd̄ ɔuenit sibi p se pmo. et aresto. accipit h̄ p se ꝫm principalem eius significatōem.

Arguitur. Ista rō pcedit ex suppositōne impossibili. q2 impossibile ē q̄ si aliq̄d mouet p se pmo q̄ ps ei⁹ quiescat. Dōm q̄ demōstratio aresto. ē cōdicōnalis. et g° talis demōstratio pt eē vera etiā si añs sit impossibile. sicut ista ē vera cōdicionalis et necessaria. Si azin⁹ volat azinus h3 pennas et silis rō attendit hic in textu. si ps mouentis seipm̄ qescat tūc totū nō mouet a se primo. et sic pt3 q̄ aresto. hic intēdit dicē q̄ motus totius dependet a motu ptiū. q2 ad quietē ptis seq̄tur quies totius in vera cōditionali. Ex isto vlt̄ius seqt̄ q̄ ista demōstratio nō est a posteriori sed a priori q2 aliq̄d moue seipm̄ ē esse cām sui motus seꝫ aliquid ē cā sui motus ex ptibus.

Arguitur Argumentū a ptibus ad totū est argumentū a posteriori. q2 talis pcessus ē p demōstratōem quia. Dōm q̄ ptes et totū pn̄t dupl̄r ɔpari. Uno° ꝫm ɔstitutōem totius. et sic ptes sunt cā totius et sic arguit a ptibus ad totū ꝫm demōstratōez ppter q̄d. q2 ptes sunt cā ɔstitutionis toti⁹. Alio mō cōpantur ptes et totū ꝫm ɔseruatōem. et sic totū est cā ptiū. q2 totū h3 rōnem forme et ps habet rōem materie. sed forma in conseruatōne est causa materie.

Si eni non sed in in.

Hic pbat minorem. s. q̄ nō est pcessus in infinitū in mouentib⁹ et motis. et ad hoc duo supponit Primū est q̄ mouēs et motū sunt simul et simul mouent. Scdm̄ ē q̄ motus infinitorū mobilium ꝫm numerū est finitus sic. s. q̄ quodlibet mobiliū mouetur tempoē finito. Exempli grā. Si infiniti hoīes mouerent simul tūc motus cuiuslibet hominis esset finitus. et hoc ideo q2 motus ē inf determinatos terminos. Ex istis sic argut. Si esset pcessus in infinitū in mouentibus et motis tūc tēpe finito fieret motus infinitus qd̄ est impossibile. q2 motus et tp̄s debent pportionari in finitate et infinitate sicut dictū est sexto huius Sequela p3 quia si est pcessus in infinitū in mouentib⁹ et motis tūc sunt infinita mobilia. et tn̄ ꝫm scd̄am suppositōez qd̄libet illorū mobiliū mouetur tpe finito. et sic motus infinitorū mobiliū fieret tpe finito q2 eodem tpe mouerent omnia ista mobilia sicut dicit prima suppositio. Sz posset q̄s dicere q̄ illa rō nō infert aliqd̄ incōueniens q2 nō est incōueniens q̄ fiat motus infinitorū mobiliū ꝫm multitudinē tpe finito. sed esset incōueniēs q̄ vnū mobile infinitū moueret tpe finito. Rn̄dit aresto. q̄ ista rō ɔcludit aliqd̄ pfectū impossibile supposito aliquo possibili illo. s. q̄ omnia ista corpa infinita ꝫm numerū adinuicē continuent. tunc eñ erit vnū corpus infinitū. q2 habet infinitas ptes et mouebit sicut omnia corpora prius mouebant. et sic erit verū q̄ mot⁹ vni⁹ corpis infiniti fieret tpe finito qd̄ ē impossibile.

Arguitur Non est verū q̄ omne mouens mouetur sicut dicit p̄ma suppositio. q2 anima nobilis ē mouens et tn̄ nō mouet. Dōm q̄ duplex est mouēs. aliqd̄ est incorporeū et tale mouēs mouendo nō mouetur. Aliud est mouens corporeū. et de illo loquit hic aresto. s. cū dicit q̄ est deuenire ad primū mouēs. et sic ista suppositio ē vera q̄ oē mouēs mouet. q2 mouēs corporeū mouet alterū et ipm̄ mouetur. sicut celum mouet ista inferiora et mouet ab anima nobili.

Arguitur Aresto. repbat q̄nto hui⁹ q̄ oia corpa pn̄t ɔtinuari. q2 repugnat q̄ corpa distincta spē pn̄t ɔtinuari. Dōm q̄ corpa distincta spē pn̄t dupl̄r capi. Uno mō ꝫm rōem generis. s. ꝫm rōem corporeitatis. et sic non repugnat omnia corpora adinuicem continuari. Alio modo accipiūtur corpora diuersarum spērum ꝫm speciales et specificas

ratões·et sic est veruz q̄ repugnat talia corpora adinuicem cõtinuari quia que sunt diuersarũ specierũ nõ possunt esse vnũ numero simpliciter· Et simile est quia esse alatũ non repugnat animali ẜm ratõem generis·quia ibi inuenitur alatum·repugnat tamē animali ẜm q̄ inuenitur in homine· Et si q̄ratur quare arest·sic loquitur ponendo cõditiones corpoꝝ ẜm genus· Dõm q̄ hoc maxime ↄgruit in isto libro·quia hic determinat de ente mobili in cõi et in posterioribus libris descẽdit ad corpa ꝑticularia mobilia ¶ Circa quod sciendũ q̄ in hoc libro phisicoꝝ ponũtur sex pũcta que cõueniũt corpibus phisicis acceptis ẜm rõem generis et nõ ẜm rõnem specificam Primũ ponitũr ĩ primo libro cũz dicit̃ infiniti ratõ q̄ntitati cõuenit· Scdõm ponitur in tercio cũ dicitur q̄ ↄtinuũ est diuisibile in infinitũ·⁊ q̄ infinituz est passio rei naturalis· Terciũ ponit̃ in quarto·capitulo de vacuo·vbi dicitur q̄ corpora pñt indeterminate subtiliari· Q̄uartũ ponitũr ĩ sexto vbi dicit̃ q̄ omne qđ mouet̃ contingit velocius et tardius moueri· Quintũ ponit̃ in septimo in hoc loco vbi dicit̃ q̄ corpa infinita diuersarũ specierum pñt adinuicem ↄtinuari· Sextũ ponitur in eodem libro in regulis de compatõe motuũ que pleriq̄ʒ intelligũtur loquendo de corpibus naturalibus ẜm cõem rõem generis.

Queritur Vtꝝ in mouentib⁹ et motis est pcedere in infinitũ ¶ Dõm q̄ mouentia et mota sunt duplicia q̄dam que habent adinuicez eẽntialem subordinatõem·et in illis nõ est pcessus in infinitum·nec ẜm actum nec ẜm potentiã· Alia sũt mouentia et mota que habent adinuicem actũtalem subordinatõem·et in illis est pcessus in infinitũ ẜm potentiã et nõ ẜm actũ· ¶ Circa quod sciendũ q̄ illa dicunt̃ eẽntialiter subordinari qñ primũ ē causa omniũ sequentiũ·et ergo illa mobilia dicũtur eẽntialiter subordinata vbi scdõm mobile ñ potest moueri nisi a priori mobili·et sic ista inferiora eẽntialiter subordinant̃ celo·et q̄ ĩ illis nõ est pcessus in infinitum patet per phm scdõ methaphisice q: si sic tũc nõ esset aliquis motus·q̄a qñ est pcessus in infinitũ tũc nõ est primũ ablato g⁹ primo mouẽte cessat vĩtus mouẽdi in scdõariis mouẽtibus·q: omnia scdõaria mouentia hñt virtutem mouẽdi a p̃mo· Illa ãt dicũtur accñtaliter subordinari quoꝝ vnũ mouet̃ ab alio absq̄ʒ causali dependentia quia·s·accidit mobili q̄ mouatur ab illo mouẽte·q̄a posset etiam motum fuisse ab alio mouẽte·sicut patet in incẽsionibus candelarũ·quia q̄ vna candela ē causa incensionis alterius est p accñs·quia sicut prima candela est causa incẽsionis scdẽ ita scdã potuisset sui esse causa incẽsionis prime· Dicit eñi auicẽna q̄ in his causis potest esse pcessus in infinitũ ẜm actum·⁊ ponit exemplũ q̄ nõ est incõueniens dicere q̄ infiniti martelli pcessissent martellũ mõ factum·qđ tamen nõ est verũ ẜm actum sed ẜm potentiam·quia datis quibuscũq̄ʒ martellis potest dari prior·

Arguitur· Omne bonũ est sui diffusiuũ·sed omne mobile est aliquid bonũ·ergo omne mobile debet se diffundere et mouere aliud· ¶ Dõm q̄ omne bonũ est sui diffusiuũ verũ est ẜm ordinem diuine sapientie·quia sapientia diuina imponit mensurã reb⁹ ad extra pductis·et ideo posuit vltimũ in mouendo passiue quod est materia p̃ma que tñ đr mobilis quia sic est mobilis q̄ vlterius non mouet sed recipit solum formam·vnde materia prima non est bonum in agendo sed in recipiendo·sed bonũ in agendo est diffusiuũ sui.

Arguit̃ Si est aliquod mouens primũ vel hoc est incorporeũ·et de illo tractatur in octauo hui⁹·vel est corporeũ·ẜ omne tale mouet̃·ergo male hic dicit̃ q̄ est deuenire ad primũ mouens· ¶ Dõm q̄ arest͡o· loquit̃ hic de primo mouente corporeo·et hoc patz ex prima suppositõne quã ponit in textu cũ dicit q̄ mouẽs et motum sunt simul· Et qñ dicitũr vlterius h⁹ corporeum mouet̃· Dõm q̄ hoc corporeũ mouet̃·ẜ non ab aliquo corporeo sed ab incorporeo scilicet ab anima nobili·

Arguitur In numeris est pcessus in infinitũm p augmentum ergo etiã in mouẽtibus et motis· ¶ Dicendum q̄ in numeris et figuris nõ est subordinatõ eẽntialis siue ordo cãlis·et ideo ĩ eis potest eẽ pcessus in infinitum ẜm potẽtiam·sicut etiã in mouentibus et motis eẽntialiter subordinatis· Et si dicatur vnus numerus causatur ab alio·ergo est ordo causalis· Dicendũ q̄ in numeris non est ordo essentialis causalitatis q̄uis bene integralitatis·quia vnus numerus integrat̃ ex alio

Primũ autē mouẽs

Postq̄ arestotiles ostenderat q̄ nõ est pcessus

in infinitum in mouentibus et motis. sed est deueniendū ad aliquod primū mouens corporeum. Hic pbat consequenter aliquid quod prius in secūda ꝓpositōne supposuerat. s. ꝙ mouēs et motū sunt simul. et pmo ponit intentōem suam dicēs ꝙ omne mouens effectiuū primū est simul cum moto. dicitur notanter effectiuū ꝓpter mouēs finale. quia hoc nō oportet esse simul cum moto. ꝫ potest distare a moto sicut appetibile distat ab appetente et appetibile mouet finaliter appetentem sicut vinū mouet leccatorem. Dicitur primū ꝓpter primū mouens quod nō est simul sicut in ꝓiectione lapidis. quia man⁹ ꝓijciens nō est simul cum lapide sed aer primus motus est simul cum lapide. Et quia posset aliquis arguere ꝙ impossibile est esse duo corpa simul naturalit̄ sicut patet ex quinto vbi dictum est ꝙ simul sunt que sūt in vno loco ꝓprio qꝺ nō cōtingit de corpibus. Rn̄dit actesto. ꝙ simul nō capitur hic sicut capiebatur in quinto huius et ideo diffiniēdo simul dicit. Illa sunt simul int̄ que nō est medium et sic sunt simul mouēs et motum. qꝛ inter ea nō est mediū cāle. licet aliqn̄ situale sicut in corporibus duris.

Quoniam aūt tres.

Hic pbat ꝓpositum in omni spē motus. et primo enumerat spē 3 motus. et dicit ꝙ tres sunt spēs motus. s. motus ꝫm locum motus ꝫm qualitatē vt alteratō et motus ꝫm q̄titatem vt augmentatō et diminutō. Si ergo in istis motibus mouens et motū sunt simul ergo mouēs et motum sunt simul vl'r in oībus motibus.

Arguitur

Generatō et corruptō sūt motus et nō numerantꝫ ergo insufficiēter solū dicit ꝫ de tribus motibus. Dōm ē dupliciter. Primo ꝙ generatō et corruptō non sunt mot⁹ ꝓprie dicti ꝫ mutatōes vt dictum est in quinto huius. Scōo dicēdum ē ꝙ generatō potest hic cōprehendi sub alteratōe. q̄a generatō est semp termin⁹ alteratōnis. qua ergo ratōne alterans et alteratū sunt simul etiā generans et generatū sunt simul. quia nūq̄ accipitur termin⁹ generatōnis nisi p alteratōem.

Omne igitur quod

Hic oñt ꝓpositum in motu locali et ponit talem diuisionem omne quod mouetur vel mouet̄ a seipso vel ab alio. si mouetur a seipso tūc est manifestū ē ꝙ mouēs est simul cū moto. quia tunc mouens est forma et ps rei. sed inter formam et materiam nihil mediat. Si aūt aliquid moueatur ab alio hoc cōtingit quatuor modis. s. pulsione tractione vectōne et v̄tigine. Pulsio est quādo mouens mouet aliquid a se. et diuiditur ī impulsionem et expulsionē. Impulsio est quādo pellens sequit̄ pulsū vsq; ad finē motus. Expulsio est qn̄ pellens deserit ipm pulsum et nō insequtur ipm. sicut qn̄ lapis ꝓijcitur a manu. Tractio est qn̄ aliquis mouet alterū ad se vel ad aliud velocius tamē q̄ p se moueretur. et hoc ideo dicit̄ q̄a potest etiā cum motu naturali alicuius mobilis aduenire tractio sicut si lapis descēdat deorsum et trahatur per filum. quia tūc velocius dn̄dit q̄ naturaliter dn̄deret. et loq̄tur hic phs de tractōe effectiua et nō finali sicut patebit in questione. Vertigo autem est motus cōpositus expulsu et tractu quia quod vertitur ex vna parte pellitur et ex alia parte trahitur. sicut patet in ferramēto p quod mouet̄ mola fabri. Vectō aūt est motus fundatus in his trib⁹ motibus quia aliquādo aliq̄d dicitur vehi pulsione sicut ceruisia ī vase supra carrucam a braxatore. aliquādo aliquid vehitur tractione sicut qui sedet supra carrucam et equ⁹ trahit eum cum biga. Aliqn̄ est vectō que fit vertigine sicut musca sedens supra molam fabri vehit̄ v̄tigine. Et q̄uis sint plures mot⁹ specifici tn̄ omnes possunt reduci ad istos mot⁹ sicut inspiratio reducitur ad tractionē. qꝛ inspiratō est attractō aeris ad pulmonē. Expiratō et spuitio reducūtur ad pulsionem. Kat kesis ad pulsionem et tractionem. Et est kat kesis motus factus p instrumētum textoris quod vocāt radiū. Ille eñ motus vocatur kat kesis et est nomen fictum a sono. quia talis radius per vnū trahitur et p aliū pellitur. Spathesis reducitur ad pulsionem. est eñ spathesis motus ensis vel gladij factus in dimicando. quia per talem motum pellit aliquis suū aduersarium. Iste autem sunt species motus violēti. quia in motibus naturalibus factis ab alijs est satis manifestū

Manifestum ē igitur

Hic reducit istos quatuor modos motus ad duos scilicet ad pulsionem et tractōnem. et hoc fit quia v̄tigo componitur ex pulsu et tractu et vectio fundatur in alijs tribus motibus. quia hoc vehitur quod mouetur ad motum alterius. et h⁹

contingit vel tractiõe pulsione vel vertigine·Si ergo in pulsu et tractu mouens et motum sunt simul·ergo vniuersaliter sunt simul in omnibus alijs motibus·

Hoc autẽ manifestuz

Probat arestotiles duabus ratõibus q̄ in pulsu et tractu mouens ⁊ motum sunt simul·prima est pulsus est motus quo pellens mouet pulsum a se·ergo ad minus in pulsione mouens et motum sunt simul in principio·quia nihil mouet alterum a se quod non fuit sibi cõiunctuz·Tractio est quando aliquid mouet alteruz ad se·ergo ad minus quod trahitur cõiungitur trahenti in fine·Secũda rõ sumitur ex nominibus quia ſm grecos pulsio est dyesis id est disgregatõ vel diuisio·sed tractio est synesis id est congregatõ vel vnio·Sed non potest aliquid congregaꝛe vel disgregare nisi assit huic ad quod congregatur vel disgregatur·

Proiectio autẽ quan·

Excludit obiectõnem quãdam que accidit circa pulsionem ·apparet enĩ q̄ in pulsione pellens et pulsum non sunt simul·quia lapis proiectus a manu non est simul cum manu·Respondit arestotiles q̄ in proiectõne est duplex mouens scilicet mouens primũ et remotum ·Remotum est manus·et ꝓpinquũ est aer motus a manu·Dicẽdum est ergo q̄ mouens ꝓpinquũ scilicet aer est simul cum moto scilicet lapide·

Atuero neq̄z alterati

Probat idem de alteratõe scilicet q̄ alterans et alteratum sunt simul·et hoc primo probat inductiue secũdo ratõne·Inductiue sic quia in omnibus que alterantur vltimũ alterans id est primũ et alteratum sunt simul·sicut patet de igne et aqua in calefactõne·

Quale eni alteratur·

Ponit ratõnem ad idẽ q̄ in omni alteratione alterans et alteratum sunt simul·et stat ratio in hoc omnis alteratõ est similis alteratõni que est ſm sensum·sed in alteratõne ſm sensum alterans et alteratũ sunt simul·ergo sic est in omni alteratõe·maiorem probat tripliciter·Primo quia solũ ſm qualitates sensibiles de tertia specie est alteratõ sicut probatur infra in sequenti capitulo·Secũdo quia omnia corpora tam animata q̄ inanimata q̄ naturalia alterãtur ſm istas qualitates q̄uis hoc fiat differenter·quia corpora naturalia inanimata alterantur soluz naturaliter per istas qualitates ⁊ per consequẽs alterantur alteratõne corruptiua·Sed animata alterantur p istas qualitates etiam alteratõne perfectiua et animaliter ·Exempli gratia lignũ alteratur per calorem alteratõne corruptiua·quia p calorem disponitur ad corruptionem sed homo alteratur per calorem etiaz perfectiue quia pficitur tactus per sua obiecta·Tercio sic probatur q̄a ſm illas qualitates corpora nata sũt agere siue alterari ſm quas corpora differũt·sed corpora naturalia per istas qualitates ab inuicẽ differũt·ergo etiam p illas nata sunt alterari·ergo alteratõ fit ſm qualitates sensibiles·Maior patet in primo de generatõe capitulo de actõne vbi dicitur q̄ causa actõnis est cõueniẽtia in materia et dñia in forma·

Arguitur

Contra minorem corpa naturalia differũt ab inuicem per suas differentias·ergo non differũt per qualitates sensibiles·Dicendũm q̄ corpora naturalia possũt dupliciter capi·Vno modo q̄tum ad suas naturas essentiales·et sic est verum q̄ non differũt accidentibus sed formis siue differẽtijs substantialibus·Alio modo accipiũtur corpora naturalia ſm q̄ sunt actiua et passiua ad inuicem·et sic differũt per istas qualitates·quia sic p suas qualitates agũt in seinuicez·ignis enĩ agit in aquam p calorem·et similiter dicendum est de alijs qualitatibus·et sic accipiendo corpora naturalia i eis est alteratõ mutua·et sic arestotiles hic cõueniẽter dicit q̄ corpora naturalia distinguũtur p istas qualitates·

Huic quidem igitur·

Hic probat minorem premisse ratõnis scilicet q̄ in alteratõne ſm sensum alterans et alteratuz sunt simul·et hoc p locum a minori sic·Si illud quod min⁹ videtur messe inest·et illud quod magis sed minus videtur q̄ visibile est simul cuz visu et tamen visibile est simul cum visu·ergo sic ẽ in alijs sensibilibus et multo magis·minor pz q̄ primo visibile immutat aerem sibi proximũ·et ille aer immutat proximũ aerem circa visum·et ille aer immutat visum·et sic visibile quod est in ꝓpinquo aere circa visum est simul cũ visu·

Arguitur. Arestotiles dicit in de sensu et sensato ꝙ visus immutaẜ in instāti. ergo nō primo immutatur medium. et tūc mediū immutat sensuꝫ. ¶ Dicendum ꝙ duplex est prioritas. s. temporis qn̄. s. aliquid est p̄us alio tempe. et sic visibile non immutat prius mediū ꝙ organū. sed fit simul in instanti. Alia est prioritas nature qua aliquid est ꝓus altero etiam si fiat in eodem instanti temporis. et sic visibile prius immutat mediū ꝙ organū. Cuius ratio est quia causa est ante effectum sed immutatio medij est causa imutatōnis organi. ergo immutatō medij naturaliter precedit immutatōeꝫ organi. et hoc ē qd̄ dici cōsueuit ꝙ nō est inconueniēs ꝙ i vno istāti tpis sint plura istātia nature.

Et quod augetur et.

Hic aresto. ꝓbat principale. s. ꝙ mouēs et motuꝫ sunt simul in motu augmētatōnis et diminutionis. et stat ratō in hoc quia augmentū fit ꝑ appositōnem alicuius q̄ti et decrementum ꝑ subtractōem alicuius q̄ti. sed in subtractōne et appositōe mouens et motū sunt simul. q̄a nihil subtrahitur ab alio nisi qd̄ fuerit sibi ꝯiunctū et qd̄ apponitur cōiungitur sibi. ergo in augmēto et decremento mouēs et motū sunt simul.

Queritur. Vtrū in omni motu mouens et motum sunt simul. ¶ Dicendum ꝙ sic. cuius ratō est qꝛ ꝓm arestotilē tertio huiꝰ motus est quidā effluxus a mouēte in mobile quia est actus mobilis a mouēte sed nihil p̄t effluere ab alio nisi ꝑ cōtactū eorūdeꝫ. oportet ergo ꝙ mouens et motū sint simul ꝓm cōtactum. sed est duplex cōtactus. Quidam est ꝓm q̄titateꝫ molis sicut corpa tangūt se que hn̄t q̄titatem. Alius ē ꝯtactus virtualis. et illo mō spūs tāgit corpꝰ. et sic etiam aīa nobilis dicitur tangere celum nō eni potest tangere celū ꝓm vltima quātitatis. quia non habet q̄titatem.

Arguitur. Magnes mouet et trahit ferrū. et tn̄ nō est simul cū ferro. ¶ Dicendum ꝙ in tractū ferri ad magnetem est duplex mouens. s. primū quod est magnes et tale nō est simul cū moto. aliud est mouēs proximū et est quedā virtus alteratiua que deriuatur a magnete in aerem vel aquā que sunt ꝓpe ferrum. et illa virtus alteratiua est simul cū ferro Qꝫ autē talis virtꝰ alteratiua ꝓcedit ex magnete potest tribus signis declarari. Primū qꝛ si traheret magnes sine alteratōe ferrū tūc trahērꝫ in quacūqꝫ distantia quod est falsum. Secūdm signū est quia si ferrum liniatur alleo tūc ferrū nō attrahitur a magnete quia talis virtus allei impedit virtutem alteratiuā magnetis. sed si magnes iterū purgetur cum pelle capna tūc iterꝫ trahit. Terciū signū est quia nisi magnes fricet sic ꝙ calefiat tūc nō trahit ferrū. signū ergo ē ꝙ ex tali calore acquirit virtutem alteratiuā.

Arguitur. Contristans mouet ꝯtristatum et tn̄ nō sunt simul quia cōtristans multū distat a cōtristato. ¶ Dicendū ꝙ duplex est mouēs. s. mouēs finale sicut appetibile mouet appetitū. et nō oportet hoc mouens esse siẜ cum moto. Aliud est mouēs effectiuū quod executiue mouet et hoc est simul cū moto. Et siẜr soluēdū ē de tractu q̄ ē duplex. s. finaẜ et effectiuꝰ. vnde in tractu finali nō est mouens simul cum moto quo modo appetibile trahit appetitum sed in tractu effectiuo

Arguitur. Est quidam piscis qui dicitur stupor qui facit tremē manū piscatoris in magna distantia. ergo non omne mouens et motū sunt simul. ¶ Dicēdum ꝙ in illo motu ꝓximū mouens et motū sunt simul. qꝛ ꝓximū mouens est quedā virtus alteratiua que influitur a tali pisce ad manū piscatoris. et q̄a homo nō ē capax illius influxꝰ sicut ꝓs hois. s. manus ideo tremet manꝰ solum. Simiẜr dicendum est de incātatōne mulieris sortilege qꝛ incantatrix gīn alterat aliquē ꝑ incantatōem. Et q̄uis illa nō est simul cū illo qui patitur incātatōnem tn̄ virtus demonis ad cuius inuocatōem hoc opus ꝑficitur est simul cū illo qui patitur incantatōem quia demō applicat actiua passiuis. sic ergo p̄t ꝑ virtutē corpoꝝ naturaliū facere talem effectum



Simiẜr est dicendū de muliere mēstruosa inficiēte speculū qꝛ oculi talis mulieris nō inficiūt speculū ꝓxime. sed aer alteratus ab oculo mulieris procedens circa speculū inficit ipm speculū.

Arguitur. Supiora corpa mouēt inferiora et tn̄ nō sunt simul cū inferioribus. ¶ Dicendum ꝙ licet supiora nō sunt simul cū inferioribus ꝓm q̄titatē molis. i. magnitudinis sunt tn̄ simul ꝓm q̄titatē virtutis. quia lumē astroꝝ et planetarū quo celum agit est cōiunctū istis inferioribus. Et ꝙ corpa celestia media nō alterant alteratōe corruptiua hoc nō cōtingit ex ꝑte celi sed ex ꝑte corpoꝝ que nō sūt re

ceptibilia taliū impressionū· Si vlteri⁹ arguitur de expimento auicēne qui dixit quēdam prostratum eē de camelo p visum mulieris. Dōm q visio mulieris fuit cā p accñs casus viri et nō p se·et iō nō ē ppe dōm q visio mulieris mouebat viꝝ sed forsā ymaginatō ppa viri eū impediuit·

Arguit Augens nō est simul cū aucto ergo mouens nō est simul cum moto· Añs pbatur qꝛ totū corpus augmētat et tñ alimentū solum additur vni pti·s·stomacho· Dōm q alimentū accipit dupliciē · Uno mō in principio qñ cōiungit animali·et sic nō vocat pprie alimentū quia sic nō alit et tūc verum est q alimentū nō ꝯiungit cuilibet pti aliti quia cōiungit solum stomacho· Alio mō sumit alimentū ſm q est in fine decoctiōis·et sic alimentū ē cōiunctū cuilibet pti aliti et hoc est pprie alimentū Illa eñ materia que ē prepata p vltimā digestiōnē vnit cuilibet pti corpis virtute aie nutritiue

Quoniam autē que

Postq̄ in pñti capitulo pbauit q moues ꝛ motū sunt simł in singulis motibus· Hic pbat vnū qđ supposuit pbando q alterans et alteratū sēsił h⁹·s·q ois altatō fit ſm q̄litates sensibiles· pmo g° ponit intētōnez suā et dicit q ex seq̄ntibus ꝯsiderandū erit q illa que alterant alterāt ſm q̄litates sensibiles·et p ꝯñs seq̄t q solū illis ꝯpetit alterari q̄ p se patiunt ab hmōi q̄litatib⁹

Aliorum enim maxi·

Hic pbat ppositum et dicit q si in aliis qualitatibus p̄terq̄ in qualitatibus sensibilibus tcie spēi sit alteratio hoc maxime erit int qualitates prime spēi vel quarte·sed in istis non est alteratio·ergo solū ē in tercia spē qualitatis·maiorē pbat quia oēs forme que acquirūtur p motum vł p alteratōnem de nouo aduenīūt·qꝛ aduenīūt de nouo per motū·qualitates āt de pma ꝛ qrta spē aduenīūt de nouo·sicut pꝫ de scia q̄ ad pmā ꝛ de figura quo ad quartā·et sic possꝫ apparere q ad illas qualitates esset alteratō·et ideo hoc infra depbat· Sed non pt hoc appare in qualitatibus scōe spēi·qꝛ qualitates de scōa spē ñ aduenīūt de nouo·sed cū natura accipiūtur et cū natura remouent· sicut patet de risibili et similibus qualitatib⁹·minor pbat qꝛ qualitates de pma spē sequūtur motū et de quarta acquirūtur p motum ꝯsecutiue·sicut sanitas ꝯsequit motū ſm qualitates pmas quia si aliq̄s est infirmus ex frigida causa si moueatur ad calorē sequit sanitas· Silr etiam figure de quarta spē ꝯsequūtur alteratōnes vł motus locales·

Alteratio āt non est·

Hic pbat quod prius dixerat s·q in prima et q̄rta spēbus nō est alteratio·et probat de quarta spē duab⁹ ratōnibus· Prima stat in hoc q̄ñcunqꝫ aliqua forma est que acquirit p alteratōem tunc sbiectū illius forme potest p̄dicari de tali forma in principali et in abstracto·exempli gratia nos dicimus calidum est es·ꝛ hoc non potest fieri in formis quarte speciei quia nō dicimus archā esse lignū sed denominatiue archaꝫ eē ligneam·ergo ad formas quarte speciei non est alteratō· Maior fundatur in cōmuni modo loquendi quia cōmunis modus loquēdi habet originem ex naturali conceptu et naturalis conceptus hꝫ originē ex reb⁹·iō pt bonū argumētū sumi ex cōi mō loq̄ndi

Queritur Quare in formis quarte spēi subiectū nō predicat de formis in abstracto sicut i aliis formis de tcia spē· Dōm q hoc est iō qꝛ tales forme de q̄rta spē hñt magnā ppinq̄tatē ad formas subales in tm q antiq̄ dicebāt illas formas eē formas substātiales·sicut g° subiectū forme subalis nō p̄dicat de forma subali in abstracto sicut nō dicim⁹ hō est tra·sed hō est treus ita etiā subiectū istarū formaꝝ nō predicat nisi in ꝯcreto et denoiatiue dicendo archa ē lignea et coclear ē argenteū

Arguit Ille sunt forme subales q̄b⁹ res ab inuicē distinguūtur·ſꝫ penes istas formas de q̄rta spē distiguim⁹ res ab inuicē ꝛ iudicā⁹ res eē diuſaꝝ nataꝝ penes illas igit

Dōm q dupliciē res ab inuicē distiguūt· Uno° p naturā rei·et sic distinguūt p formas sbales et drñas ppas· Alio° res distinguūt ab inuicē q̄ ad nos·ꝛ sic distinguim⁹ res p accñā qꝛ nos qnqꝫ ñ ꝯgnoscim⁹ drñas reꝝ· Et si q̄rat tūc q̄re res pl⁹ distinguūt p ista accñā q̄ p alia· Dōm q iō q̄a figura ē ppū signū spēi·ꝛ iō vidē⁹ q illa q̄ distinguūt figuris distinguūt spē·nō āt alia accñā sūt signa spēꝝ·ꝛ iō possum⁹ ꝯuemētius p ea circum loqui specificā differentiā rei·



Amplius et aliter in

Hic ponit scōam ratōnem et est ista ſm illas qualitates aliqua res non alterat ſm quas res

ficitur sed aliqua res pficit p qualitates quarte speciei. ergo p illas non fit alteratio. Maior patet quia alteratio sm se remouet a substantia rei. q̄a p alterationem res dicitur fieri altera. Minor patet quia p figuram aliquid accipit complementū sue speciei. aliquid em̄ dicitur pfecte habere spēm quod habet pfectam figuram speciei. sicut pfectus ē equus qui habet pfectam figuram equi.

Neq3 enim in habiti.

Hic 9sequenter ostendit q in prima spē non fit alteratio. et primo probat hoc quātum ad habitus corporales qui sunt sanitas egritudo et pulchritudo. Secūdo in habitibus anime. Quo ad primū intendit talem rationem. Illud non acquirit p motum siue alterationem cuius ratio consistit in ordine ad alterum. Sed ratio habituū corporaliū consistit in ordine ad alterum. ergo nō acq̄ritur p motum. Maior patet quia prius pbatū est q ad relationem nō est motus. Minor patet quia qualitates corporales sunt quedam virtutes vel malicie. sed virtutes vel malicie 9sistūt in ordine ad alterum. quod patet ex diffinitione virtutis. Quia virtus ē dispositio in natura ad optimū. i. virtus est quedam pfecta disponens ad optimū quod est finis vel operatio. sic virtus hab3 ordinem ad operationem et p 9sequens eius esse consistit in relatione. Deinde pbat exemplariter de sanitate quia sanitas dicitur sm cōmensurationem corū que sunt intra sc3 humorū et ad cōtinens sc3 extrinsecū.

Arguitur. Sanitas et egritudo nō sunt virtutes. quia p virtutes laudamur vel vituperamur secūdo ethicorum. Dicendum q virtus capitur dupliciter. Uno modo pprie sm q est habitus originaliter depēdens ex voluntate. et sic virtutes morales dicūtur solum virtutes. et sic est verū q ex illis virtutibus laudamur et vituperamur. Alio modo accipitur virtus cōiter prout omne illud dicitur virtus quod disponit ad bene vel male operandu3. et sic sanitas est virtus quia disponit hominem ad bene operandu3 et egritudo est malicia. quia disponit ad male operandū.

Neq3 itaq3 circa ani.

Hic pbat idem de habitibus anime. s. q habitus anime sc3 virtutes et scientie nō acquirūtur per alterationem. et hoc primo ostendit de virtutib9 et vicijs que spectant ad ptem appetitiuā que dicūtur virtutes morales. Deinde ostendit idem de virtutibus spectantibus ad ptem intellectiuam. primū sic pbat. quandocū q3 aliquid perficitur vel simpliciter corrūpitur hoc non alteratur. sed per virtutes morales aliquid simpliciter pficitur sc3 ipsa potentia et p vicia ipsa potentia corrūpitur ergo ad illas formas non est alteratio. Maior ē nota ex predictis. Minor patet quia cū appetit9 nihil aliud sit q̄ inclinatio in bonū sic pficitur talis inclinatio p virtutem que etiam inclinat ad bonū et corrūpitur tal' inclinatio p viciū quod inclinat ipsam potentiam ad malum. exempli gratia voluntas ē inclinatio in bonū vniūsale et iusticia que est habitus volūtatis etiam inclinat ipsam potentiam ad bonū quia ad iuste operandū. sed iniusticia corrūpit talem inclinationem. q̄a inclinat ad malum. s. ad operationem iniustam.

Arguitur. Appetitus est potentia intellectual' anime. et sic est incorruptibil' ergo ñ corrūpitur p viciū. Dicendum q appetitus capitur dupliciter. Uno modo sm se et absolute in sua essentia. et sic non corrūpit p viciū quia manet essentia appetitus. Alio mō accipitur appetitus sm finem vel operationem. et sic appetitus corrūpitur p viciū quia nō manet illa inclinatio ad bonū q̄ fuit i appetitu añ viciū

Sit quide3 igitur cū.

Hic oñdit principale ppositū. et hoc duabus rōnibus prima. Si esset pcessus in infinitū in mouentib⁹ et motis tūc omnino nullus esset mot⁹ qd̄ est cōtra sensum. Aīs pbatur q2 sicut dixit scd̄a suppositio scd̄m mouens nō mouet nisi ppē primū mouens. sed in infinito nō est primū. ergo si est pcessus in infinitū nō erit primū mouēs et p cōsequens null⁹ erit motus

Amplius autem et.

Scd̄a rō stat in hoc si est pcessus in infinitū in mouentib⁹ et motis tūc oē mouēs erit instrumētale. q2 de rōe mouētis instrumētalis ē q̄ non mouet nisi moueat̄ a pncipali mouēte. sed solum primū mouēs nō h3 virtutē mouēdi ab alio. s3 a seipso. ablato ergo pmo mouēte oē mouēs h3 motum ab alio. et hoc ē instrumētale. et q2 instrumētū nō mouet nisi vtute pncipalis agētis. si ergo

non est primũ quod mouet illa instrumenta nullus erit motus.

Iuxta aũt hec dicta.

Hic cõseq̃nter phs ꝓbat ꝙ nõ omne mouẽs mouetur. et iõ aliqui hic faciũt scdaꝫ principalẽ ratiõnẽ. qꝛ si esset ꝓcessus in infinitũ in mouẽtibꝰ et motis tũc omne mouẽs moueret si nõ est primũ sed solũ primũ mouens ẽ qd nõ mouet. sed hoc ẽ impossibile. qꝛ si omne mouẽs moueret vel moueret ꝑ se vel ꝑ accñs. Nõ ꝑ accñs qd ꝓbat tribus rõnibus. Prima ẽ. Si omne mouens moueret ꝑ accñs tũc ꝯtingeret q̃nq̃ꝫ nõ esse motũ. sed hoc est prius reꝓbatũ qꝛ ꝓbatũ est ꝙ motus ẽ sempiternus. Sequela pꝫ qꝛ qd ꝑ accñs est p̃t nõ esse cũ nõ sit necessariũ. Si ergo oẽ mouẽs moueret ꝑ accñs tũc p̃t nõ moueri sed mouẽs nõ mouet nisi moueat. ergo ꝯtingit hoc mouẽs nõ mouere. et sic tollit omnis motus. Et ẽ hic notandũ ꝙ aristo. hic loq̃tur ẜm opinionẽ antiquoꝝ q̃ dicebant ꝙ solũ illud mouet qd remouetur qd est verũ de mouentibꝰ corporeis sicut celũ mouet ista inferiora ꝑ suũ motũ. Antiq̃ eñi nõ nouerũt immaterialia.

Et rationabiliter ac.

Hic ponit scdam rõem q̃ stat in hoc in ꝑ accñs cõbinatis si vnũ inueniatur sine alio tunc aliud potest inueniri sine ipso sicut homo et albedo. ẜ mouens mobile et instrumentũ sunt ꝑ accñs cõbinata. ergo sicut inuenit q̃nq̃ꝫ mobile sine mouẽte. sicut patet de terra que ẽ mobilis sic ꝙ tñ nõ mouet ita ecõtra inuenit aliqd mouẽs quod nõ est mobile. et sic erit aliqd mouẽs immobile qd ꝑ accidens non mouetur.

Vnde et anaxagoras

Tercio ꝓbat idem testimonio anaxagore qui ponebat intellectũ impassibilẽ et immixtuꝫ vt ipse moueret omnia alia exñtia in chaos cõfuso. cum ergo iste intellectus ẜm anaxagorã est immobil sic ad minꝰ est aliqd immobile quod non mouetur per accidens.

At vero si non scdm.

Hic ꝓbat duabus rõnibus ꝙ nõ omne mouens mouetur ꝑ se. Et stat p̃ma ĩ hoc. Si mouẽs mouetur ꝑ se vel hoc esset eadẽ spẽ motus qua mouet. sed hoc est incõueniens qꝛ tũc ꝑicĩẽs ꝑiceret et docens doceret. Vel hoc fieret ẜm aliã speciem motus. s. ꝙ mouens moueret vna spẽ motꝰ et moueret alia spẽ et tũc qꝛ spẽs motus nõ sunt infinite oportet q̃nq̃ꝫ deuenire ad illã spẽ motꝰ qua mouẽs mouebit. et sic seq̃tur idem incõueniens quod prius.

Amplius ãt magis.

Hic ponit scdam rõem que stat in hoc. Si oĩe mouẽs ꝑ se mouet. ergo idẽ erit in actu et in potentia. qꝛ vnũquodq̃ꝫ est in actu ẜm ꝙ mouet et in potẽtia ẜm ꝙ mouetur. Si ergo idem mouet et mouet ergo idem ẽ in actu et in potẽtia. Vult ergo phs ex omnibꝰ istis ꝙ si nõ est ꝓcessus ĩ infinitũ in mouẽtibus et motis ergo deueniet ad aliqd quod mouet a se primo et nõ ab alio.

Queritur Vtrum sit deuenire ad aliqd mouẽs seipm. ¶ Dõm ꝙ sic quia nõ est ꝓcedere in infinitum in mouẽtibꝰ et motis sicut in textu est dictum. ergo oportet deuenire ad aliquod qd nõ mouetur ab alio.

Arguitur In septimo dictum est ꝙ omne quod mouetur ab alio mouetur. ergo nihil mouetur a seipõ. ¶ Dicendũ ꝙ aliq̃d moueri a seipõ potest dupliciter intelligi. Vno mõ a se p̃mo. i. ẜm se totum. et hꝰ est impossibile. quia sic idem eẽt in actu et in potẽtia respectu eiusdẽ. Alio mõ potest intelligi ꝙ aliquid moueat seipm ẜm ptem. et sic animal dicitur mouere seipm quia anima mouet corpꝰ. et sic est in ꝓposito. quia illud mouẽs seipm de quo aristo. hic loq̃tur est ipm celum quod dicit animatum ꝑ assistentiam anime nobilis. et celum mouet seipm grã aĩe et mouet grã corpis celestis.

Arguitur Celũ solũ mouet ergo male dr ꝙ mouet seipsum. ꝯñtia tenet qꝛ qd solũ mouet nõ mouet. ¶ Dõm ꝙ celũ capit dupl̃r. Vno mõ absolute et ẜm se. et sic celũ nõ mouet seipm sed solũ mouet ab aĩa nobili. Scdo mõ accipit celũ cũ inclusione aĩe nobilis. et sic hoc totũ ẽ mouẽs seipm. Sile ẽ de corpore aĩalis qd nõ mouet seipm si capiat ꝑ se. i. ẜm exclusionẽ aĩe. ẜ mouet seipsũ si includat anima.

Arguitur Ex istis seq̃ret ꝙ celũ eẽt animatũ. ꝓbat qꝛ ꝓpriũ est animatoꝝ ꝙ moueant a seipsis. et hoc nõ ꝯuenit inaĩatis qꝛ lapis nõ mouet a seipso. ¶ Dõm ꝙ dupl̃r aliquid mouet seipsum. Vno mõ sic ꝙ ps mouens inest toti ꝑ formalẽ inherentiã. et sic aĩa aĩalis

[illegible]

mouet animal. Alio modo aliquid mouet seipsum ubi mouens nō inest p formalem inherenti am. sed p assistentiā et virtutē. et sic anima nobilis mouet celum et celū mouet seipsum gratia anime nobilis. Et hoc est quod alij sic dicūt q dupliciter aliquid est animatum. Uno mō p informatōnem quia. s. habet animā que dat corpi eē specificum. et sic celū nō est animatum. Alio° aliquod est animatū p assistentiā siue p intimatiōem virtutis mouentis. et sic celum dicit animatū quia anima nobilis mouet ipm celum influendo suā virtutē in oriente in quo residet anima nobilis. Et sic loquitur arest. de animatōne celi. quod patet ex multis passibus phi. dicit enī phs in duodecimo metaphisice q celum mouet a primo motore sicut appetitiuū a suo appetibili. ergo sequit q celum est appetens et de° est appetibile eius. sed appetitus non est sine cognitōe. ergo oportet ponere animā cognoscentem in celo. Item scdo celi phs dicit expsse celum eē animatū. ex hoc probans q celum habet in se sex dr̄ias positionū quod solum accidit animatis. et hoc idem pbat plato et etiam doctores xpiani videnē consentire. Quod tamen celū nō sit animatū p informatōem pt pbari autoritate et rōe autoritate damascemi dicētis consūdanē cū patre eorū dyabolo qui dicunt celum animatū. Ratōe sic pbatur q omnis anima vtitur corpe ppter bonū anime. sicut anima rōnalis piungitur corpori vt acqrat scientias et virtutes p corpus. et h° ideo qz deteriora sūt gratia melior mō corp° ē deterius anima. Sz ista vnio nō potest eē ppter bonū anime ipsius celi. quod sic pbatur qz in anima corpis celestis sunt due ōpationes. s. intelligere et mouere. sed ppter nullam earū oportet animā eē vnitam corpi p informatōem. non ppter mouere qz anima alligata corpi p informatōem min° mouet q̄ anima cōiuncta p assistentiā. et hoc ideo qz anima cōiuncta corpori p informatōem fatigatur ad motū corporis. et ideo anima que nō est cōiuncta corpi p informatōnem potest plus mouere. Nec etiam ppter itelligere quia talis anima nō sumit cognitōnem a sensibus sicut anima ratōnalis. Et h° ideo quia impossibile est tale corpus habere in se sensum quia tūc esset corruptibile. Si autem debeat recipe scientiam p corpus oportet q corpus habeat sensum quod impossibile est in celo. Relinquitur g° q ppter nullā vtilitatem anima potest vniri celo informatiue. et ergo nō vnitur sibi p informatōnem sed solum p assistentiam.

Dicit enim beatus ieronimus in quadam epistola sic Qui dicunt celum esse animatum anathema sit

Arguitur Moueri sm ptem est commune omnibus animalib° ergo non est ppriū celo. cōsequentia tenet qz quod est ppriū vni non potest pluribus cōuenire. Dicendum q aliquid mouere sm ptem intelligitur dupliciter. Uno modo generaliter sm q illa ps mouens insit toti p informatōem vel assistit ei et sic moueri sm partem ē cōe animalibus et celo qiua pars mouens sp informat partē motā vel assistit ei. Alio modo aliquid mouetur sm ptem sic q mouens assistit mobili tm̄. et sic moueri sm partem est ppriū celo. quia anima nobilis non informat celum sed assistit sibi.

Arguitur Primū mouens est simpliciter immobile. ergo male dicitur q primū mouens moueat seipsum. Dicendum q duplex est mouens primū. Aliquod ē quod est simpliciter primū et extra genus. et hoc est simpliciter immobile. sicut de° qui omnia mouet absq hoc q moueatur. Aliud est primum mouens in genere quod ē anima nobilis mouēs celum. et hoc mouēs potest dupliciter capi. Uno modo cū inclusione celi. et sic est primū mouēs seipsum. Alio modo accipitur hoc mouens sm se. et sic etiam est omnino immobile et de hoc mouēte dicetur postea in textu q ē mouēs immobile.

Queritur Utrum anima celi poti° moueat celū vel anima animalis potius moueat animal. Dicendum q potioritas motus potest ex duobus attendi Uno modo penes inherentiam ipsius mouentis et sic anima animalis potius mouet animal. qa anima animalis inheret animali. sed anima celi non inheret celo p informatōem. Alio modo attenditur potōritas penes illa que requiruntur ad motū. et tūc anima celi potius mouet celū q̄ anima animalis mouet animal. quia motus animalis est ex appetitu quem appetitū mouet appetibile. vt patē tercō de anima. Sed anima celi mouet ppter sūmū appetibile quod est ipse deus. sed aīa animalis mouet al ppter singulare appetibile

Non ergo necesse est.

Hic cōsequenter ondit q si deueniatur ad aliquod mouens seipsum sicut dictū est tūc adhuc deueniretur ad aliquod mouēs omnino immobile. quia pars mouentis seipm est omnino immobilis. exempli gratia sicut nūc dictū est q celum cū aīa

mobili est mouens seipm̄. iam arest°. vult ꝓbare ꝙ vna ps mouentis seipm̄ est imobilis. s. anima nobilis. Circa hoc primo ꝓbat ꝙ totum mouens seipm̄ nō mouet seipm̄ ꝓm totum. et hoc duabus ratōnibus. Prima est Si totū moueret et totū moueretur tūc idem moueret eo motu quo moueretur quia vna ps mouet ⁊ illa ps mouetur. ergo idē mouet et mouetur. Secūda ratō quia tūc idem erit in actu et in potentia respectu eiusdem quia mouēs ꝓm ꝙ huiusmodi ē in actu et motū ꝓm ꝙ hmōdi est in potentia sed idē esse in actu et in potētia respectu eiusdem implicat contradictōem quia quod est in actu habet formam ꝓm quam est in actu et quod est in potentia non habet formā ꝓm quā ē in potentia. AVE

Quod aūt non con.

Hic arest. excludit illos motus quibus possit aliquis opinari ꝙ ps mouens etiam moueretur. hꝰ enī potest dupliciter cōcipi. Uno mō ꝙ ps mota moueret ptem mouentē et ecōtra reciproce. sicut si diceremꝰ ꝙ anima nobilis moueret celū. et celū iterum moueret animā nobilem. vel sic ꝙ illa ps mouēs moueret seipā. Istos errores excludit. primo primū quatuor ratōnibus. Prima stat in hꝰ quia si sic tūc nō esset primū mouens. quia illud dicit primū mouēs quod est ꝓpinquius primo immobili simpliciter. Sed si quelibet ps istius mouentis esset eque ꝓpinqua primo immobili. sic nō esset aliquod istoꝝ primū mouens. Secūda ratō si ps mouēs moueatur hoc fit p accns sicut nūc cōtingit in animalibus vbi anima p accns mouetur sed quod p accidens ē contingit nō esse. ergo contingeret illā non mouere. ⁊ tūc erit ad minus aliqn̄ immobilis. Tercia ratio ē. Si mouēs iterū moueatur ab alia pte mota tūc nūq̄ nullꝰ erit motus. quia cū illa ps nō mouet nisi moueatur ⁊ contingit ipam nō moueri. ergo etiā quandoq̄ non mouet. Quarta rō stat in hoc. Si idē moueret et moueretur ꝓm eūdem motū tūc idem esset in actu et in potentia qđ est impossibile

Atuero neq̄ primo.

Hic ōndit aliā ptem. s. ꝙ ps mouentis immobilꝭ nō mouet seipā. et hoc duabus rationibus. Prima stat in hoc q̄a si anima nobilis moueret seipsā tūc sepata a toto etiā moueret seipsā qꝛ q̄cquid cōuenit alicui naturalit̄ hoc ꝯuenit sibi semp. sed hoc est impossibile. qꝛ tūc totū nō esset ꝓmū mouens seipm̄ sed vna ps. qđ est ꝯtra predicta. Secūda ratō est nullū totū pt mouere seipm̄ nisi gratia ptis sicut ꝓbatū est. sed ps sepata a toto est quoddā totū. ergo non potest mouere seipsam. sed oportet illā ptem etiā diuidere in ptem mouentē ⁊ motam. ⁊ sic ps illius ptis ad minꝰ esset immobilis vel erit ꝓcessus in infinitū.

Quoniam autē mo.

Hic ōndit quō se hn̄t ptes mouētis seipm̄ adinuicem. et primo ōndit ꝙ sūt tm̄ due. scd̄o quō ad inuicem cōbinantur. Quo ad primū dicit ꝙ tm̄ due sunt ptes mouentis seipm̄ s. ps mouēs tm̄ que ē immobilis et ps mota tm̄ que nō est ex necessitate mouens aliqđ aliud. quia si sic tūc illa ps esset mouens seipsam. MARIA

Arguitur Celum est mouēs ista inferiora ⁊ est motum ab anima nobili. ergo ps mota est vlterius mouēs. Dōm ꝙ aliquā ptem celi nō mouere intelligitur dupliciter. Uno mō quia non mouet alia ab eo sepata. et sic est falsum. Alio modo quia non mouet aliam ptem sibi cōiunctam. et sic est verū quia ista inferiora q̄uis moueantur a celo tamē celū nō est pars istoꝝ inferioꝝ sicut anima nobilis est pars celi capiendo celū cū inclusione anime nobilis. GRACIA PLENA

Contacta autem.

Hic ostendit phs quomō adinuicem cōiungātur et vult ꝙ nō possunt cōiungi p continuatōnem quia tunc vno moto etiam moueretur alterum quia continuū est cuiꝰ motus est vnus. sed habēt se adinuicem p contactū. et hoc si ambe ptes habeant magnitudinem tūc est cōtactus q̄titatis et si vnū habeat q̄titatē alterum nō tūc est contactus ꝓm virtutē et nō ꝓm q̄titatē. DOMI

Dubitatione aūt ha.

Hic cōsequēter phs ponit circa predicta vnā dubitatōnem. Ex quo enī dictum est ꝙ mouens seipsum diuiditur in ptem mouentē et motā. queritur si auferatur aliqua pars p diuisionē a parte mouente vtrum residua pars posset mouere Rn̄dit arestotiles ꝙ nō. quia si pars mouēs diuideretur tūc nō seruaret eandē virtutem nec eādem naturam quā prius habuit. q̄a potentia naturalis sequitur naturam sed subtracta aliqua parte mouentis nō manet natura ergo nec vir-

tus·q̃uis em̄ virtus mouentis mathematice est diuisibilis in infinitū nō tn̄ phisice· NYS TE

Manifestum igit̄ ex·

Hic infert conclusionem principaliter intentam scꝫ ꝙ necesse est ponere aliquod mouens omnino immobile siue hoc sit pars mouentis seipsum siue aliquid aliud· CVM BENEDIG

Quoniam at oportꝫ·

Hic philosophus postq̄ꝫ inquisiuit ꝙ est deuenīēdum ad vnū primū mouens·cōsequenter inquirit conditōnes eius ⁊ ponit hic principaliter duas in hoc textu scilicꝫ ꝙ primū mouens est perpetuū ⁊ ꝙ est vnū·⁊ primo resumit quedaꝫ que dicta sunt·⁊ primo dicit q̃uis non omne mouens immobile sit perpetuū·quia anime animaliū sūt mouentia immobilia·quia per se non mouentur et tamen non sunt perpetua mouentia quia mouentur per accidēs ad motum corporum· Hoc ergo mouens quod non mouetur per accidens erit omnino perpetuū sicut anima nobilis· TA TV

Manifestum est hoc

Hic intendit ꝓbare quod dixit scilicet ꝙ primuꝫ mouens est perpetuū excludens primo vnam ratōnem que nō valet ad ꝓbandum illud·⁊ ē ista quicquid nō generatur nec corrumpitur est perpetuū·sed primū mouens nō generatur nec corrūpitur ergo est ꝑpetuū·Dicit philosophus ꝙ ista ratō ꝑm formam nō valet eo ꝙ multa sunt nō perpetua que tamen nec generantur nec corrumpūtur sicut est punctum vel albedo·quia quod ꝓprie mouetur hoc est corpus·sed punctum nō est corpus nec albedo·ergo nec generātur nec corrūpūtur·Unde oportet addere in ratōe qđ nec per se nec per accidens generatur nec corrūpitur hoc est perpetuū· IN MVLIERIBVS

Manifestum enim ē·

Hic ponit veram ratōnem ad ꝓbandum ꝓpositum·⁊ est ista motus ꝑ quem aliqua sunt ⁊ aliqua nō sunt est ꝑpetuus·sed effectus perpetuus nō potest esse nisi a causa ꝑpetua·ergo etiā oportet ꝓmuꝫ mouens esse ꝑpetuū·cōsequentia tenet quia effectus non est diuturnior sua causa ·Maior patet quia generatōnes ⁊ corruptōnes rerū ꝑpetuantur posita perpetuitate mūdi quā phs prius ꝓbauit· Et nō potest dici ꝙ multa mouētia cōsequenter se habentia sint causa talis motus infiniti·quia tūc idem esset causa sui ipsius ex quo em̄ ista mouentia succedunt sibi sic sunt mobilia ⁊ ista succedētia mobilia sunt causa omnis motus·ergo causarent illū motū in se ipsis ⁊ ideo his positis tunc adhuc oporteret ponere vnam aliaꝫ causā que esset causa illoꝝ mobiliū·

Si quidez igit̄ perpe

Hic cōsequenter ostendit scđm̄dam cōditōnem scilicet ꝙ hoc mouens ꝑpetuū est vnū⁊ hoc ꝓbat duabus ratōnibus·quarū prima est ista· In his que fiunt ꝑm naturam semꝑ accipiendum est illud quod est nobilius ⁊ melius·quia natura semper facit aliquid ꝑm ꝙ melius est· sed melius ē vnū esse ꝑpetuū mouens q̄ꝫ multa·ergo natura ordinauit vnū perpetuū mouens ⁊ non multa ·minor patet quia peccatū est fieri per plura qđ potest fieri per pauciora· Sed vnū perpetuū sufficit ad omnem motum igitur ⁊c· ET BE

Manifestū nē igitur·

Hic ponit aliam ratōnem que est ista motus q̃ fit a diuersis mouentibus nō est vnus · sed motus qui fit a primo mouente est vnus·ergo non fit a pluribus mouentibus · Maior patet quia quando vnū mouens corrumpitur ⁊ aliud generatur·tūc oportet interuenire quietem inter corruptōnem primi mouentis et generatōnem secūdi mouentis ⁊ pro illo tempore non erit motus quia non est mouēs· Minor est manifesta quia motus celi est vnus quia circularis· NEDIC

Ex quibus est scire·

Hic ex predictis infert vnam aliam conditōem que est ista ꝙ primū mouens nec est mobile per se nec per accidens· Et stat ratō in hoc quicquid mouet motu sempiterno hoc nec mouetur per se nec per accidens·sed primū mouens mouet motu sempiterno·ergo nec mouetur per se nec per accidens·ꝓbatur quia quod per se mouetur vel ꝑ accidens hoc fatigatur·sicut patet de animab⁹ animaliū· Sed quod fatigatur necesse est quādoq; deficere a mouēdo quia ꝑ fatigatōem virtus diminuitur·si ergo mūdus debet manere ī vno statu vel in vna dispositōe oꝫ ꝙ primū mouens sit oīno īmobile sic ꝙ nec ꝑ se nec ꝑ accñs moueat dispositio enim inferiorum mobiliū dependet ex motu celi·et ergo si motus celi non maneret in

bna dispositõe etiam oporteret mutatõem fieri in istis inferioribus. et sic non maneret vniuersum in eodem statu

Non est autem scdm

Hic excludit obiectõem p quã aliquis potest arguere q motores orbium et planetarum ad minus mouentur p accidens. et si sic tũc nõ mouentur motu sempiterno quod est falsum. quia primũ mouens simpliciter. mouens celum hoc mouet motu raptus omnes inferiores speras cum animabus nobilibus. ergo ad minus oportet inferiores animas nobiles moueri cum suis orbibus. Soluit philosophus hanc obiectõnem sic. dupliciter aliquid mouetur p accidẽs. Uno modo fm se quia scilicet mouetur p accidens ad motum illius quod mouet vel quod ab eo mouetur. et sic anima nobilis nõ mouetur p accidens fm se. qr non mouetur p accidens ad motum illius corporis qd talis anima mouet sicut anima hominis mouetur p accidẽs ad motum hominis. et sic anima nobilis nũq̃ mouetur p accidẽs quia nõ mouetur cũ corpore quod mouet. Alio modo aliquid mouetur p accidens ratõne alterius scilicet ratõne superioris motus. et sic etiam anime mouẽtes inferiores speras mouentur p accidens. quia omnes spere simul mouentur. ideo etiaz motores talium simul mouentur. p hoc ergo est dicendũ q hoc non potest mouere motu perpetuo quod mouet per accidens fm se. sed hoc potest mouere motu perpetuo quod p accidens mouetur ratõne alterius superioris.

Atuero si aliquid est.

Hic cõsequenter philosophus reprobat secundam particulam quarti membri predicte diuisionis scilicet q omnia nata sunt quiescere. scilicet probando q est aliquis motus sempiternus. et hoc probat duabus ratõnibus quarũ prima stat in hoc. Primũ mouens est penitus immobile ergo mouet motu perpetuo. Antecedens pbatũ est. consequẽtia tenet quia posita causa in eadem dispositõne semp ponitur et effectus. sed primũ mouẽs cũ sit immobile et infatigabile habet semp eandẽ dispositionẽ ad mouendum. ergo mouet motu sempiterno. Secũda ratõ stat in hoc generationes et corruptõnes inferiorum sunt perpetue. ergo oportet primũ motũ esse perpetuũ. Cõsequẽtia tenet quia perpetuus effectus semp habet causã perpetuam. cũ effectus nõ sit dignior causa. sz motus celi est causa generatõnis et corruptõnis inferiorũ. ergo nõ potest esse motus generationis et corruptõnis pperuus nisi mot9 celi sit ppetu9.

Arguitur

Philosophus vtitur hic demonstratõne circulari. qa pri9 pbauit q primus motor est ppetuus ex motu iam pbat motũ esse ppetuũ ex motore. ¶ Dicendum q hic nõ est circulatõ quia in circulatione est pcessus ab eodem ad idem. sed sic nõ est hic quia prius pbauit primũ motorem esse perpetuũ ex sempiternitate motus in cõmuni. sed hic probat primũ motum esse sempiternũ ex perpetuitate motoris. et sic nõ est hic circulatõ. vel dicendũ q prima demonstratõ est demonstratio quia sed ista est demonstratio ppter quid.

Manifestum igitur.

Hic concludit principalem conclusionem totius secũdi tractatus scilicet q vltimũ membrum viz quintũ fuit verum quia est aliquod mouens immobile. et est aliquis motus ppetuus et aliqua quãdoq3 mouentur et qñq3 quiescũt.

Queritur

Utrũ preter primũ mouẽs seipsuz sit deuenire ad aliquod primũ mouens omnino immobile. ¶ Dicẽduz q sic. Cuius ratõ est quia si est aliquod mouens seipsum tũc ad minus pars illius mouentis seipsum est immobilis nõ tamen similiter sicut in animalibus vbi pars mouens etiam per accidens mouetur. sed ista pars mouentis seipsum scilicet celi nec mouetur p se nec p accidens quia cõiungitur celo nõ p informatõnem sed per assistentiam. Ex quo patet q in hoc pcessu phi cõcluditur sub disiunctõne scz q oportet ponere aliquod mouens omnino immobile. vel opz aliqd esse immobile quod est pars mouentis seipm. Et ex hoc textu nõ pbatur efficaciter q est aliquod mouens seperatum extra genus omnino immobile sed hoc efficaciter pbatur in duodecimo metaphisice. et ideo illa rõ ibi posita ab aristotile supplet istam ratõnem hic positam. vbi sic dicit q mouens primũ mouet se p appetitum. ergo oportet ponere aliquod alti9 appetibile quod ẽ omnino immobile. et idõ preter primũ mouens est aliquod mouens extra genus omnino immobile. qr semper appetibile est prius mouens q̃ appetens vt patet tercõ de anima. Appetit em̃ mouens immobile in genẽ qd ẽ aĩa nobilis assilari pmo im

mobili extra genus in causalitate quod est deus et ideo mouet celum per quod causat ista inferiora. Unde sequitur quod anima nobilis adhuc mouetur ab aliquo appetibili quod est deus.

Arguitur Nō oportet ponere mouēs omnino immobile quia primū mouēs seipm sufficit ad saluandū omnē motum. Dicendū quod primū mouens seipm accipit dupliciter. Uno mō sm se sm quod non habet ordinem ad primū immobile. et sic nō mouet quia ablata prima causa aufferūtur omnes posteriores vt dictum ē supra. Alio mō accipit primū mouēs seipsum sm quod subijcitur influxui pmi immobilis et sic est verum quod mouet omnia alia posteriora et sic patet quod tale mouens seipm nullo mō mouet subtracto primo mouēte quia primū mouēs seipsum mouet propter aliquod appetibile quod ē primū mouens simpliciter.

Arguit Anima nobilis intelligit se. ergo mouet se et similiter posset argui de primo mouente. s. deo. Dōm quod mot' accipitur dupliciter. Uno modo proprie pro motu phisico sm quod corpa mouent. vt dicitur sexto huius. et sic intellectus nō mouetur quia nō est corpus. et sic intelligere nō est moueri. Alio mō accipitur mot' generaliter put se extendit ad quācūqz opatōnem. et sic intelligere est moueri. sed pmo modo accipitur hic motus.

Arguit Primū mouens extra gen' applicat suam virtutē celo in mouendo ipm sicut anima nobilis. Sed anima nobilis in mouendo celum videtur moueri p accñs ad motum celi ergo et deus. Dōm quod nec anima nobilis nec primū mouēs immobile extra genus mouetur p accidens. Est tamen ista differentia in istis mouētibus. quia mouēs immobile extra genus nō est in circūferentia pmi mobilis. s. diffinitie sicut anima nobilis quia primū mouēs immobile extra genus est infinitum et vbiqz. et quāuis anima nobilis applicet suam virtutem solum ad vnam ptem celi tamen quia illa ps est continuata alijs ptibus sic ad motionem illius ptis sequitur motio omniū ptium. et sic influxus anime nobilis semp fit in vna parte celi. s. in oriente. Est ergo illa influentia semp in vna parte sm situm sed nō sm subiectum. quia anima nobilis semp est in oriente. et sic est in vno situ tamē influit in aliam et aliam ptem sibi precise suppositam que partes sibi succedūt ad sitū orientis.

Queritur Utrum sit vnū oriens in toto vniuerso vel sūt plura orientia. Dicendum quod oriēs accipitur dupliciter. Uno modo formaliter ex pte situs quem habet anima nobilis. et tūc est tm̄ vnū oriens quia ille situs anime nobilis nō variatur sed manet in oriente. Alio modo accipitur oriens materialiter ex parte ptiū celi que sunt in tali situ. et sic est aliud et aliud oriens quia ptes sibi inuicem succedentes non sunt eedem.

Arguit. Arestotiles in sua pbatione presuppomit falsum. quia presuppomit perpetuitatem motus quod est falsum. Dicendum quod non impedit quod quandoqz ex falso inferatur veruz. iuxta illud ex falso verum ex ῾cetero nil nisi verum. hoc tamen verum potest multis alijs modis probari sicut prius tactū est.

Arguit Phisicus nō habet determinare de primo motoē sed metaphisicus. Dicēdum quod quāuis sint idem primus motor extra genus et prima causa sm rem tamen differūt sm formalem ratōnem considerandi. qr primus motor refertur ad motum. et ideo de ipso sm quod huiusmodi phisicus tractat qui tractat de ente mobili. Sed de prima causa sm quod huiusmodi tractat metaphisicus qui determinat de ente et de causis entis. Unde patet quod metaphisicus tractat de primo motore sub ratōne prime cause et non sub ratōne primi motoris.

At uero aliud facie

Postq̄ philosophus in priori tractatu probauit quod est aliquod primū mouens immobile perpetuum et vnū et quod primus motus est ppetuus nūc in hoc tertio tractatu et in sequenti vult determinare quis sit primus motus. et hoc in isto tractatu et quale sit primū mouens in sequenti tractatu. primo ergo pponit intentum. secundo exequitur ppositum. Dicens primo quod oportet considerare vtrum sit aliquis motus quem cōtingit esse infinitum et continuū. et quia talis motus est sempiternus tanq̄ a mouente immobili factus ideo est necessario primus quia ante sempiternum nihil est.

Tribus autem existē

Hic exequitur ppositum et primo pbat quod mot' localis sit primus. scdo pbat q̄s mot' localis sit prim'. primū g° pbat trib' rōib' pmo p ꝓceratōe

motuū. Secūdo per distinctionem prioris et po sterioris. Tercio ex ordine mouentiū et mobiliū Circa primū ponit duas rōnes. prima stat ī hoc. probatum est prius q aliqs motus est sempiternus ergo est aliqs motus primus. Sed talis mot⁹ nō potest eē augmētatio qr augmētatio psupponit alteratōem cū oporteat prius alimentū alterari anq̄ ziungat alito alteratio āt psupponit motū localem qr si alterans semp fuisset eque ppinquū alterato tūc semp fuisset facta alteratio. si ergo fiat alteratio de nouo oz q de nouo ziungatur alteratū alteranti. hoc āt fit p motū localez ergo ille motus est primus.

Amplius omniū pas

Hic ponit scdam rōnem q̄ stat in hoc oīs alterati ; fit p motū localē. ergo mot⁹ localis ē prior alteratōe. cōsequentia pbat qr alteratio fit ſm qualitates sensibiles ſ ſm opinionē antiq̄r principia omniū qualitatū sūt raritas et dēsitas. Sz raritas ⁊ densitas fiūt p motū localē. qr in rarefactōe ē motus ad maiorē locū in zdensatiōe est motus ad minorē locū. sicut qd augetur accipit maiorē locum q̄ illud quod diminuitur.

Arguitur

Prius dictū ē de vacuo q rarefactio ⁊ zdēsatio fiūt sine motu. s. locali ergo male dr hic q fiunt cum motu locali. Dōm q rarefactio et cōdensatio accipiūtur dupl'r. Uno mō put fiūt in corpibus actu preexistētibus sicut farina condensat aquā et sic semp fiūt per motum localem. qr oportet farinā localit' moueri ad locum aq̄. ⁊ sic loq̄tur hic phs qr loq̄tur sicut antiq̄ q̄ dicebāt q dēsitas fieret p cōgregatōem corpor̄ et raritas per segregatōem corpor̄. Alio mō accipiūtur rarefactō ⁊ cōdensatio ſm q absolute se tenēt ex pte materie et sic pñt fieri p solū motū alteratōis vtz in aq̄ calefacta q̄ fit rara p solam alteratōem.

Amplius et hoc cōsi

Hic pbat idez. s. q motus localis ē prim⁹. distinguēs modos prioris ⁊ posterioris. ⁊ vult q aliqd dr prius aliō tripl'r q̄tū nūc sufficit. Uno mō illd est prius quo nō existēte nō erūt alia ſ illud sine aliis. i. a q̄ nō zuertit subsistēdi zñia. et sic aīal ē prius hoīe. Scdō mō aliqd dr prius tpe qr tunc illud dr prius qd est remotius a pñti nūc. Tercio modo aliquid dicitur prius ſm substantiam siue in perfectōne sicut actus est prior potentia et pfectum est prius impfecto.

Quare quoniā mo

Hic pbat q motus localis ē prior ſm oēs istos mōs priores. et primo ſm primū modū. ⁊ hoc sic Illud est prius primo mō a quo nō zuertitur subsistendi zñia. Sed sic est dē motu locali. qr bene seq̄tur si alteratō est tunc motus local' est. ⁊ iterum. si augmentatio est motus localis est. sed nō ecōtra si motus localis est alteratō est qr lapis potest moueri localit' absq; hoc q alteretur vel augmentetur.

Adhuc etiā tempore.

Hic pbat q motus localis fit prior aliis motib⁹ tempe et hoc sic. Omne ppetuū est prius tpe nō ppetuo. sed motus localis est ppetuus et pcipue motus celi. ergo est prior tpe aliis motibus. Maior patet quia ppetuū habet in se omne tps. ergo est prius quocūq; non perpetuo. Minor patet qr motus localis circularis potest etiam cōtinuari in magnitudine finita sicut in sexto dictū est et nullus alius motus.

Sed in vno quidem

Hic cōseq̄nter excludit quādam obiectōnem que est. motus local' videtur esse posterior in tempoē sicut patet in animalib⁹ que primo generant deinde augmentantur ⁊ tercio alterātur in humoribus et vltimo mouent localiter. Rñdit phs q qñ motus localis et motus generatōnis in vno subiecto concurrūt tūc motus generatōis ⁊ alii motus precedūt motum localem. vt dictum ē in animalibus. Sed quādo in diuersis separatim reperiuntur tunc motus localis est prior aliis motibus. sicut patet in celo in quo non concurrit generatio quia est factum p creatōnem. et sic in illo motus localis precedit omnes alios motus quia ille motus est causa omniū aliorum motuum.

Omnino āt videtur.

Hic probat tercium scilicet q motus localis est prior omnibus aliis perfectōne. et hoc duab⁹ principalibus ratōnibus quarum prima habet in se virtualiter duas. prima illud quod est posterius generatione est prius pfectōe. ſ motus localis ē posterior generatōe g' est por pfectōe. maior ptz qr in naturali generatōe fit pcessus ab impfecto

ad pfectum·minor patet qr genita prius generātur anteq̄ localiter moueantur·sicut dictum est de animalib⁹ animal eñi solū incipit motū localem postq̄ pfectum ē· Secūdo sic illud est pfectius quod repitur in pfectioribus·ß motus localis repitur in pfectioribus·ergo ille motus est pfectior· Maior patet qr pfectio ꝛ pfectibile debent ꝓportionari vbi est ergo altius pfectibile ibi est altior pfectio· Minor ptz qr solum motus localis repitur in animalib⁹ pfectis·qr animalia impfecta sunt immobilia·

Arguitur Prima intelligentia est prior generatōne ꝛ tamē non est impfectissima sed pfectissima ¶ Dōm q̄ prima intelligentia est bene prior creatōne sed nō generatōe·qr non generatur sed creatur· In ill' ergo que acq̄rūtur p generatōem verū est q̄ illa q̄ sūt priora generatōne sunt impfectiora

Et quia nequaquā·

Hic tangitur scōa rō principalis que stat in hoc ille motus est pfectior qui minus remouet a mobili·sed motus local' est hmōdi ergo ꝛc· Maior patet qr remotio forme significat impfectōnem· Minor patet qr motus local' solum remouet vbi· sed vbi nō ptinet ad substantiam rei·et ideo per motū localem nihil abijcitur quod spectat ad substantiam mobil'·p diminutōnem autem remouetur q̄titas que oritur ex natura rei qr ex materia·p alteratōnem remouetur qualitas que etiā oritur ex natura rei qr ex forma·sed p motuz localem nihil abijcitur qđ est ex natura rei

Maxime āc manifes·

Hic ꝓbat tertio q̄ motus local' est prior·s·ex pte mouentiū et mobiliū·et stat ratō in hoc·ordo motuū sumitur ex ordine mobiliū·qr prima subiecta habent prima accidentia·sed mobile qđ mouetur motū locali solum scz celum est primū inter mobilia·ergo etiam motus local' est prim⁹.

Querit Utrum motus local' sit prim⁹ motuū· ¶ Dicēdum q̄ sic·Cuius rō ē qr omnes alij motus ad minus presupponunt vnū motum localem scz celi q̄a sine tali motu nō est aliquis alius motus possibilis·

Arguitur Generatō est prior motu locali· ¶ Dicendū q̄ motus local' et generatōis possunt dupliciter comparari· Uno modo ad illud in quo simul inueniūtur·et sic motus generatōis est prior tempoꝛe·ß tamen motus local' est pfectione prior qr est vltimus generatōne·et ratō illius est qr oportet rez prius generari anteq̄ moueatur localiter· Alio modo compantur in diuersis ꝛ in vniuersali·et sic motus localis est simpliciter p̄mus·vnde absolute dicendum est q̄ motus localis est prior oībus alijs motibus·q̄a alij motus presupponunt motum localem ipsius celi·cum ergo causa sit prior effectu sic mot⁹ localis est simpliciter prior oībus alijs motibus· Et causa illius est qr celum est ingenerabile·et ideo in ipso non possunt ꝯcurrere generatio ꝛ motus localis·

Arguit Motus generatōis est pfectior motu locali cuius tñ oppositum dictū est·ꝓbatur qr motus habet suam pfectōem a termino suo ad quem· sed t̄min⁹ generationis est pfectior scz forma substātialis q̄ t̄minus motus localis q̄ est vbi· ¶ Dicendum q̄ est duplex pfectio motus·quedam est pfectō intrinseca ꝛ illa sumitur p compatōnem ad terminos qui sunt eiusdem eēntie cū motibus·ꝛ sic mot⁹ generatōnis est pfectior motu locali ꝛ istā pfectōem attēdit lopcus·et iō in postp̄dicamētis mot⁹ generatōnis poniť añ motū localē·Alia ē pfectio in motu extrinseca q̄ sumiť p ꝯpatōez ad mouēs et mobile ꝛ istam pfectōem attēdit phisicus·ꝛ sic motus localis est pfectior qr est pfectioris mouētis scz anime nobilis que est infatigabilis·et etiā hꝫ pfectius mobile qđ est celū qr est incorruptibile·



Arguitur Posteriora via generationis nō sunt pfectora·ergo ꝓbatō est inualida·Añs ꝓbatur quia senectus est posterior via generatōnis·et tñ nō ē pfectior ¶ Dōm est dupliciť·primo q̄ senectus nō ē vltimū in generatōne sed potius vltimū in corruptione· Cuius ratō est quia ẜm arestotilem in fine de generatōne·in rebus generabilibus equale est tempus generatōnis ꝛ corruptionis est ergo in animalibus vnū t̄pus generatōnis ꝛ vltimū illius est pfectissimū·et hoc tempus fortassis est in tricesimo q̄nto anno iuxta psalmistā q̄ dicit q̄ numer⁹ annorū ipsoꝝ in ipis septuaginta·si autem in potētatib⁹ id est in bōnis complexiombus octuaginta·et sic hoc tempus est in tricesimo q̄nto aut q̄dragesimo āno·et tp̄s seq̄ns ē tp̄s corruptōis qr tūc al' declinat a pfectiōe nate vsq̄ ad finem· Senectus ergo aduenit in fine circa tempus corruptionis· Secundo dicendum

q̄ sicut dicitur decimo metaphisice q̄ duplex est pfectio. Una est pfectio in bonis. alia est pfectio in malis sicut aliq̄s dicitur pfect⁹ fur vel latro tūc est dicendū q̄ q̄uis senect⁹ non est aliq̄d pfectum in bono est tñ aliq̄d pfectū in malo.

Arguitur Generatio inferiorū est finis celi. Sed finis ē pfectior his que sūt ad finē. ergo motus istoꝝ inferiorum est pfectior q̄ motus celi. ¶ Dōm q̄ est duplex finis mot⁹ celi. Unus ē finis pximus qui ē notus apud phōs et ē generatio istoꝝ inferiorū et talem finē nō oportet eē pfectiorem illis q̄ sūt ad finem. Alius est finis vltim⁹ ꝛ est assimilatō ad deū siue ꝯpletio numeri electoꝝ et talem finē nō nouerūt phī. et ille finis est melior his q̄ sūt ad finem. et ex illo fine vltimo potest sumi ratio quare quandoq̄ motus celi definet esse. s. q̄n erit numerus electorū completus

Arguitur In isto libro phisicoꝝ determinat de motu in cōi. ergo male descēdit ad vnū specialem motū scꝫ localē. ¶ Dōm q̄ est duplex spēs alicui⁹. Una ē que virtualiter includit totū gen⁹. et tūc sciētia tractās de genere potest descēdere ad talem spēm. et talis spēs est motus localis inter spēs mot⁹. q2 motus et motus localis sunt eiusdem cōitatis. q2 omne qđ nō potest moueri localiter nō potest alio motu moueri. Alia est spēs que nō includit virtualiter totū gen⁹ sicut est mot⁹ generatōnis q2 nō omne qđ mouetur generatur. et a tali non licet descēdere in scientia tractante de genere ad spēs Hic etiā aristo. dīxit duodecimo metaphisice ad determinandū de substantia q̄ est principal spēs entis quodāmodo virtualiter in se continēs accidens. sic etiā in libro de generatōe descēdit phs ad generatōnem elementoꝝ q̄uis tñ vniuersaliē determinet de generatōe in illo libro.

Queritur Quis motus inē motus locales sit prior. ¶ Dōm q̄ motus localis circularis. s. celi. pbatur quia ille motus localis est pꝛor qui est regulatioꝛ ꝛ perfectior. et quo alij motus regulantur et q̄ est v.i⁹ ꝛ pfectus. sed motus circularis est solum regularis. et ipso alij mot⁹ mensurātur et est vn⁹ et ꝑpetuus sicut patet in textu. ergo ille est prioꝛ aliis motibus.

Arguitur Ordo motuū attenditur ſm ordinem magnitudinū vt patꝫ ꝑmo celi. sed linea recta ē prioꝛ linea circulari. ergo motus rect⁹ est prioꝛ motu circulari. minoꝛ patet quia linea recta est simplex et linea circularis est composita ex cōcauo et ꝯuexo quia habet ordinē ad centrū circa quod sumit cōcauitas eius. ¶ Dicendum q̄ linea circularis accipitur dupl̄r. Uno modo ſm se et absolute et sic nō est cōposita ex ꝯcauo ꝛ cōuexo. quia linea circularis est simplex vt patet primo celi. Alio mō accipitur linea circularis p compatōnem ad centrum. et tūc in ipsa assignantur ꝯcauū et ꝯuexū quia illa ps que respicit centrū est concaua ꝛ q̄ respicit supmam ptem est cōuexa. sed nō accipiuntur cōcauū et ꝯuexum in linea circulari nisi quo ad nos. i. signū cuius hoc qđ ē ꝯcauū pt etiam fieri ꝯuexū linea em̄ p vnā recuruatōem habet concauū et p oppositam habet cōuexū vt patet de vꝫa flexibili.

Arguitur Totum est prius partib⁹ sed motus rectus fit ſm totum et motus circularis ſm partes. quia celū nō mouetur totaliter sed ſm partes. sed ista inferioꝛa que mouētur recte mouentur ſm totum ergo motus rectus est ante motum circularem ¶ Dicendum q̄ non est simile de toto et de parte et de motu totius et ptis. quia q̄uis totū sit ante ptes via pfectōnis tamen motus toti⁹ nō est ante motum qui fit ſm ptes. quia mot⁹ ſm ptes se habet vt actus in ordine ad motum qui fit ſm totum. et hoc ideo est quia quāto aliquid minus habet de mutabilitate tanto min⁹ habet de potentia et plus de actu. cum ergo motus ſm partes habet min⁹ de mutabilitate ergo habet plus de actu. et sic ex illa ratōne motus qui est ſm partes precedit motum rectum qui est ſm totum.

Q̄ quidē igitur mo.

Postq̄ ostendit q̄ motus localis est prim⁹ motus. Hic consequenter vult ostendere quis sit ille primus motus localis. et quia necesse est illū motum esse perpetuū et continuū ostendit quis motus possit esse continuus. et tunc ostendit q̄ nulla mutatō potest esse perpetua nisi circularis ibi. Q̄ꝫ autem cōtingit. Primo igitur preponit q̄ hic intendit scilicet q̄ nullus motus potest eē continu⁹ perpetuus et perfectus preter motum localem. et hoc sic probat. Nullus motus inter contraria potest esse perpetuus. Sed omnis mot⁹ preter motum localem est inter contraria. ergo

nullus motus preter localem potest esse ppetu⁹
cõsequentia tenet in celarent·Maior pbatur qꝛ
qñ motus est inter contraria tũc est semp quies
sub altero cõtrarioꝝ ex quo cõtraria adinuicem
cõtinuari nõ possunt·sicut dicitur q̃nto hui⁹·exẽ
pli gratia qñ aliquid mouetur de nigro in albuꝫ
tūc est quies in albo·qꝛ nõ possunt adinuicẽ con
tinuari motus albefactõis et nigrefactõis·Mi
nor patet quia omnis motus preter motum loca
lem habet terminũ ad quem cõtrariũ termino a
quo·sed motus localis precipue circularis pt eẽ
ab eodem ad idem·ergo ille potest semp ꝯtinuari

Similiter autẽ et in·

Hic ondit ꝙ idem est in mutatõibus quod di
ctum est in motibus·s·ꝙ oportet etiam mediã
re quietẽ inter duas cõtrarias mutatões·quia
inter duas cõtrarias generatões eiusdem spẽie
cti necesse est interuenire tpus mediũ in quo res
corrũpatur·et circa hoc excludũtur tres obiectio
nes·prima est ꝙ termini generatõis non sũt cõ
trarij cũ cõtraria sint termini positiui·sed vnus
termin⁹ generatõis est nõ ens·s·terminus a q̃
vult ergo aresto·ꝙ q̃uis termini non sint ꝯrie
contrarij·sufficit tñ ꝙ sint pnatiue opposit·Se
cũda obiectio est quia ratõ principalis predicta
nõ videtur cõcernere mutatõem·qꝛ illud qḋ non
mouetur nõ quiescit cũ solum quies oppõnat mo
tui sed qḋ mutatur non mouetur·Rñdit phs ꝙ
q̃uis cessatio a mutatõe nõ vocetur quies voca
tur tñ inmutatio·et hoc sufficit·Tercia obiectio
est·Si motus inter cõtraria essent ꝯtrarij tunc
motus cõtrariaretur motui et etiã motus cõtra
riaretur quieti··et sic vni eẽnt multa contraria·
Rñdit ꝙ motus opponitur motui simplr·i·ꝯtra
rie sed motus opponitur quieti quodãmodo con
trarie scilicet priuatiue //

Amplius in generati

Hic ondit quõ impossibile est ꝙ due opposite mu
tatões sibi inuicem succedant nisi mediet temp⁹
quod sic pbatur qꝛ si illud quod generatur stati
corrũperetur·tunc generatio esset frustra·quia res
generatur vt sit· si igitur res statiꝫ genita corrũ
peretur·sic talis res frustra esset genita·sed ĩpos
sibile ẽ aliq̃d esse frustra in reꝝ natura· quia de⁹
et natura nihil faciũt frustra·

Qm autem contingit

Hic ꝯsequenter aresto·ondit ꝙ nulla loci muta
tio pt esse continua aut ppetua nisi circularis·et
hoc pbat pmo demonstratiue·Scdõ lo pce ibi·rõ
nabiliter autẽ·Primo pbat ꝓpositũ· scdõ soluit
tres dubitatões ibi vnde et dubitabit·Circa pri
mũ ergo dicit ꝙ si aliq̃s motus sit ppetuus·s·lo
calis·Uel ille motus ẽ circularis vel rectus vel
cõpositus ex vtrisqꝫ·si ergo motus circularis et
rectus nõ sint ppetui vel cõtinui·ergo nec cõposi
tus ex his·ideo dicit phs ꝙ motus cõpositus est
relinquẽdus·restat ergo solũ pbare ꝙ motus re
ctus nõ est ppetu⁹·et hoc pbat sic·qꝛ si sic tũc fie
ret p magnitudinẽ finitam vel infinitã·non sup
magnitudinẽ infinitã·quia talis magnitudo nõ
est vt patet tcio huius·si ergo ẽ sup magnitudi
nem finitam tũc nõ potest esse motus ppetu⁹ ni
si p reflexionẽ·sed motus reflexõis nõ est vn⁹
cum priori motu·ergo nõ est aliq̃s motus rectus
ppetu⁹·minoreꝫ pbat duabus ratõibus·s·ꝙ mo
tus reflexiõis nõ est vnus cũ motu directo·qua
rũ prima stat in hoc· Illa que drñt ſm spẽm non
faciũt aliquod vnũ continuũ·sed motus reflexi
onis differt a motu principali scꝫ recto ſm spẽm
ergo nõ est vnus cũ principali motu·Maior p
batur quia vnitas specifica est vnitas nature·s
que drñt natura simpliciter drñt·Minor pbatur
quia motus rectus et reflexus habent terminos
specifice distinctos ergo sunt specifice distincti·si
cut patet de motu sursum et deorsum p eãdẽ line
am·Et iterum illi motus sũt cõtrarij·ergo drñt
specifice·et qꝛ hoc posset aliq̃s negare·s·ꝙ illi mo
tus sũt cõtrarij·ideo pbat hoc aresto·sic·quecũqꝫ
mutuo se impediũt habent cõtrarietatẽ adinuicẽ
sed motus rectus et reflexus se mutuo impediũt
si fiant p idem spaciũ·ergo nõ possunt esse vnus
motus sed contrarij motus·



Qm ãt necesse est sta·

Hic ponit scdam rõnem et stat in hoc impossibi
le est aliquod mobile in eodem instanti accedere
ad aliquem terminũ ⁊ recedere ab eodem·sed per
motum directum mobile accedit ad aliquem ter
minũ a quo recedit p motum reflexũ·ergo nõ fi
unt in vno instanti sed in diuersis·Sed int duo
instantia semp est dare tempus mediũ·vt patet
sexto huius·ergo mediat quies inter primũ mo
tum et secũdum·sed vbi est quies media ibi non
est vnus motus ergo non est vnus motus dire
ctus et reflexus·Maior principalis ratõnis pa

ter quia alias duo contradictoria essent simul ve
ra·q̃a quod accedit ad aliquem terminū nōdum
est nec fuit ī illo termino·Et quod recedit ab ali
quo termino hoc est vel fuit in eo·et hoc est quod
dicit phs in textu q̄ qñ mobile vtitur vno pun
cto signato in spacio vt duobus in actu tunc ne
nesse est interuenire quietem·sic aūt fit quando
vnū pūctum est termin⁹ motus directi·et idē pū
ctum est pincipiū motus reflexi

Vnde et ad dubitatio

Hic soluit philosoph⁹ tres dubitatōes·prima est
ista ponantur duo spacia equalia.et signent pū
cta in medio cuiuslibet spacij·et sint duo mobilia
eque velocia quorū vnū adueniat medio vni⁹ spa
cij et continuo moueatur ad finem quādo alterū
recedit a medio illius spacij tūc queritur quod il
lorū citius pertingeret terminū spacij· Et est dicē
dum q̄ simul veniūt ad terminū·et ratō est q̄a
scdm mobile quod aduenit ad mediū spacij duz
alterum recedit a medio spacij non vtitē medio
ſm actum sed solum ſm potentiam·et ideo si il
lud scdm mobile veniens ad mediū iterū accede
ret ad principiū spacij a quo exiuit tūc tardius
veniret ad principiū illius spacij q̄ alterum ad
finem eiusdem quia tūc vtitur scdm mobile vno
pūcto in spacio vt duobus in actu·

Atuero non olim di·

Hic consequēter ponit secūdam dubitatōem que
fuit ipsi⁹ zenonis qui sic arguebat omne qd mo
uetur localiter prius pertransit mediū anteq̄ p
uenit ad terminū·sed in medio sūt infinite par
tes spacij·ergo nūq̄ contingit spaciū ptransiri
et sic nūq̄ potest mobile puenīe ad terminū mo
tus·Circa istam dubitatōnem phs resumit solu
tōem prius positam in sexto vbi dictum fuit q̄
omne spaciū in motu locali est infinitum ſm p
tes·et ideo ptransitur temporē infinito·quia tale
tempus etiam habet partes infinitas quia ē cō
tinuū sicut spaciū·Sed dicit phs q̄ ista solutio
est solum ad hominē et obuiat interroganti·sed
non satisfacit de dubitatōne.

S; verum dicendum

Hic ponit veram solutōnem et vult q̄ q̄uis in
spacio continuo sint infinita media in potentia
non tamen in actu·sed ipsuz mobile non vtitur
illis pūctis in cōtinuo existentibus nisi ſm ptes
actuales et ille sunt finite· Hic etiam dicēdum
est q̄ non oportet omnia pūcta signari in spacō
ſm actum· sed quedam signātur in actu sicut
in motu reflexionis·quedam ſm potentiā sicut
quando nō est motus reflexionis sed vnus con
tinuus motus·

Manifestū autem est

Hic ponit terciam dubitatōnem que sic incipit
quia eñ dictum est q̄ est idem punctum ſm po
tentiā in omni motu quod est finis preteriti et
initiū futuri·Similiter potest dici de tempore q̄
est idem nūc qd est principiū futuri et finis prete
riti·cum ergo generatio fiat in aliquo instāti·et
in eodem instanti fit corruptio·sequitur q̄ aliq̄d
simul est et nō est·Rñdit aristotiles q̄ q̄uis sit
idem nūc in substantia differt tamen ratōne·q2
aliter comparatur hoc nūc ad illud qd corrumpit
et ad illud qd generatur·quia hoc nūc se tenz cū
posteriori passione·i·illud nunc tenet se cum illo
quod generatur·Exempli gratia si in instanti se
men corrūpatur et homo generetur tūc debet fie
ri denominatio ſm vltimā formā scz formam hu
manam que generatur et nō ſm formā seminis
quod semen corrumpitur·Est ergo ppositō sic ex
ponenda homo generatur·i·homo iam ē et ime
diate ante hoc non fuit·

Si autem quod erat·

Hic infert correlariū ex pdictis·s·q̄ tps nō diuidi
tur in indiuisibilia tpa·q2 si ponerēt tpa indiui
sibilia tūc in eodem tpe aliq̄d fieret et factū esset
sed hoc ē falsuz q2 res fit p toto tpe et p vltimo
illius tpis est facta·sicut nūc patuit in expositio
ne inceptōnis in mutatōnibus que mutatōnes
exponūtur p primū instans esse·exēpli grā hō ge
neratur·i·homo iam est et ante hoc p totū temp⁹
non fuit sed fuit semen·

12 Rationabiliter autē·

Hic ostendit idez quod dictū ē rationibus cōibus et
logicis·s·q̄ motus reflexus nō est continu⁹ et di
cūtur ratōnes logice·q2 pcedūt ex q̄busdam ppri
etatibus cōtrariorū·in hoc eñ oēs fundant q̄ cō
traria nō possunt esse in eodem·primo ergo ar
guit de motu locali·secundo de alijs·Circa pmū
ponit duas ratōes·quarū prima stat in hoc·Si
motus localis reflexus esset vnus cū motu dire
cto tūc sequeretur q̄ idē simul moueret cōtrarijs


motibus quia moueretur simul motu recto et re
flexo qui sunt contrarij. quia sunt ex contrarijs
terminis. Qz aũt simul moueretur illis motib⁹
patet quia omne mobile mouet illo motu cui⁹ ter
minũ continue acquirit. si ergo quod mouet mo
tu directo cõtinue acq̃rit terminũ motus reflexi
qui est vnus motus. ergo mouetur simul contra
rijs motibus. Secũdo sequeret q̃ aliq̃d mouet ab
illo termino in quo nũq̃ fuit quod est impossibi
le. sequela patz quia sm dicta illud qd mouetur
motu directo etiam mouetur motu reflexo quia
sũt cõtinui motus vt supponitur ab aduersario
Sed motus reflexus est termin⁹ motus directi. si
in illo termino nũq̃ fuit mobile motus directi. et
tamen dicitur ab illo moueri cũ ꝯtinue moueat
sm aduersarium a termino a quo motus reflexi
ergo mobile mouetur ab illo in quo nũq̃ fuit.

Amplius autem et.

Hic pbat idẽ de alijs motibus et ponit tres ra
tiones. prima est. ꝯtraria nõ possunt vni inesse. sed
motus directus et reflexus sunt cõtrarij ergo nõ
possũt vni inesse. Secũda ratio si motus directus et
reflexus sint vn⁹ motus. ergo aliquid simul ge
neratur et corrũpitur. quia generatio est a nõ ee
ad ee. corruptio vero ab ee ad non ee. ergo mot⁹
corruptiõis se habet opposito modo ad motum
generatiõis. Tertia ratio ad vnitatem mot⁹ nõ
sufficit vnitas temporis. sed etiaz requirit vnitas
spẽi terminorũ. sed illi termini nõ sunt vnius spẽi
in motu directo et reflexo. ergo nõ sũt vn⁹ mot⁹

Queritur Utrum necesse sit omne mobile in pũcto reflexionis q̃
escere. Dicendum q̃ sic. Cuius ratio est q̃a re
flexio est reditus ab illo puncto ad quod primo
fuit accessus p eandem viam et sm eundem situ
Sed inter accessum et recessum oportz interueni
re quietez. quia sunt motus sm spẽm differentes qui
adinuicem cõtinuari nõ possunt. et dictum est in
diffinitiõe reflexionis notanter p eandem viaz
quia in motu circulari fit reditus ad eũdem pun
ctum sed non p eandem viam. sed p semicirculũ
et ergo nõ est reflexio. et ideo non potest motus
pfecte circularis fieri p eandem viam quia tunc
esset motus reflexionis

Arguitur faba piecta in occursuz lapidis molaris cadentis re
flectitur sine quiete. Uel oporteret dicere q̃ talis
faba sustentaret lapidem molarem. quod est im
possibile. Dicendũ est dupliciter. Primo q̃ du
plex est reflexio alicuius corporis. quedam est p
se quando scz corpus habet reflexionẽ gratia sui
ipsius et nõ gratia alterius sicut lapis piectus
sursum reflectitur gratia sui et nõ gratia alteri⁹
corporis aduenientis. et in tali reflexione necesse
est interuenire quietem. Alia est reflexio que fit
pter aliquod aliud mobile quod facit alterum
redire motu reflexionis. et sic pcedit argumẽtũ
quia faba piecta in occursum lapidis descendit
pter lapidem cadentem in tali ergo reflexionis
motu non est necesse interuenire quietem. nec ta
men ille motus est vnus quia est duorũ mobiliũ
quia primus motus est corporis piecti. et secũd⁹
motus est lapidis cadentis transferentis secum
mobile piectum. Secũdo potest dici q̃ in casu po
sito etiam interuenit quies nec oportet ex hoc fa
bam sustentare molarem. quia anteq̃ tãgit mo
larez faba quiescit. et hoc ideo quia in descẽsu mo
laris multus aer colligitur et spissatur circa lapi
dem descendentem. et in illo aere spissato quiescit
faba. De sagitta etiam piecta versus lapidez ca
dentem potest dici q̃ quiescit. et hoc patet quia fa
cit effectum realem cauãdo lapidem. si est sagit
ta acuta. Dicetur tamen in hoc differentia esse q̃ fa
ba quiescit anteq̃ tangit lapidez molarem quia
non potest pter magnũ impetum circa aerẽ per
tingere ad molarem. Sed sagitta emissa ab ar
cu quiescit postq̃ tangit molarem si sit acuta. et
hoc ideo quia mouetur ab arcu cum magna vio
lentia. Sed si sit lata tũc etiam quiescit sicut fa
ba anteq̃ puenit ad lapidem cadentem pter ae
rem collectum



Arguitur Pila piecta ad parietem resilit p motum reflexio
nis et tñ non quiescit. quia quies eius nõ pcipit
Dicendum q̃ primo quiescit in pariete et ad argu
mentũ dicendũ q̃ nõ oportet omne tps esse per
ceptibile a nobis. et hoc manifeste ptz p Gil. por.
qui diuidit tps in simplex et compositũ. dicẽs q̃
tempus simplex est imperceptibile a nobis. Q̃ tñ
pila aliquo tpe quiescit pbat buridan⁹ quia facit
effectũ realem. q2 si pila sit maculata tũc etiam
maculat parietem ad quem piicitur.



Arguitur Lapis piectus sursum nõ videtur quiescere ãte reditum. q̃a
nõ est cã quietis lapidis sic piecti sursum. Di
cendũ q̃ primo est aliqua cã. et qñ arguitur vel er
go illa causa est piiciens vel natura piecti. non

ꝓijciens ·quia ꝓijciens mouet sursum·nec natu ra ꝓiecti quia illa mouet deorsum·Dicendum ꝙ neqꝫ ꝓ ijciens est cā quietis nec natura ꝓiecti·sed adeq̄ tio virtutū·s·ipsius ꝓijcientis ⁊ nature proiecti Unde graue ꝓiectum sursum habet se in triplici dispositiōe·primo ſm ꝙ dn̄atur virtus ꝓiectiua supra naturam ꝓiecti·et sic in eo est motus sur sum·Scd̄o qn̄ cessat illa virtus ꝓijciētis supra naturam ꝓiecti·nec tamen ꝓiectum ꝑfecte acce pit cōditiōem sue ꝓprie nature·⁊ sic est q̄es lapi dis sursum·qꝛ nec excedit virtus ꝓijcientis lapi dem nec adhuc lapis accepit cōditionem sue na ture ꝓprie·et sic nec est motus deorsum nec sursū Tercio qn̄ natura lapidis vincit virtutem ꝓij cientis·⁊ sic est motus deorsum ſm naturā lapi dis·Ex istis ergo patet ꝙ adequatio virtutum scꝫ ipsius ꝓijcientis et ꝓiecti est cā quietis sursū

Arguit Si musca ascenderet lanceā re uersam tūc videtur ꝙ sit refle xio motus sine quiete·patet qꝛ musca ascēdit lā ceam et anteq̄ veniat ad finē reflectitur in mo tu ꝓpter motum lancee·Dicendum ꝙ talis nō est motus reflexionis·qꝛ ad motum reflexionis req̄ ritur ꝙ fiat reditus ꝑ idē spaciū a quo fuit exi tus·sed musca nō reuertitur ꝑ idem spaciū ꝑmo ascendit aliam ꝑtem spacij·et ideo etiam nō est vnus motus·qꝛ q̄uis musca semꝑ dicat ascende re ·hoc tn̄ nō fit ſm eūdem situm qꝛ spaciū·s·lan cea est mutatum ad oppositū situm quia lancea est reuersa·

Cui autem ē in circu·

Postq̄ phs ōndit ꝙ nullus mot⁹ preter motuꝫ localē circularē ꝑt eē ꝯtinuus·Hic ōnt ꝑmo ꝙ ille motus circularis potest eē cōtinuus ⁊ ꝑpetuus scd̄o ꝙ est primus·primū primo ꝓbat ꝑ rōnes ꝓprias·scd̄o ꝑ rōnes logicas·Circa primū po nit duas rōnes quarū prima est·Illud est pos sibile ad quod nullū sequitur impossibile· Sed si ponat motus circularis ꝯtinuus et ꝑpetuus nul lum sequit impossibile·ꝓbatur qꝛ motus circula ris qui est ex aliq̄ termino nō contrariat motui qui est ad illū terminū sicut in motu recto·et hoc ideo ē qꝛ in motu circulari fit ꝓcessus ab vno ter mino ad eūdem terminū ꝑ aliam viam·ſꝫ in mo tu recto nō potest fieri regressus a termino a q̄ fuit exitus nisi ꝑ eandem viā·et ergo ibi est con trarietas·et ideo nō potest esse motus cōtinuus Scd̄a rō stat in hoc qꝛ motus qui sunt cōtra rij nō possunt ꝑpetue continuari·qꝛ cōtraria nō cōtinuantur cū dn̄ant spē·sed motus recti sunt cōtrarij nō autem circulares qui sūt ab eodē ad idem·ergo solū motus circularis ꝑt esse ꝯtinuus et perpetuus.

Manifestum igiẗ ex·

Hic ōndit ex eadem rōne ꝙ in nullo alio genere motus ꝑt esse motus ꝯtinuus·qꝛ in omnib⁹ alijs preter motum circularē oportet esse ꝓcessuꝫ de cō trario in contrariū si debeant motus ꝑpetuari et in tali ꝓcessu oportet inuenire quietem vt ꝑ us ꝓbatum ē·Ex quo cōcludit ꝙ antiqui natu raliter loq̄ntes male dixerūt oīa mobilia sem ꝑ moueri·qꝛ dixerūt ꝙ omnia semꝑ generantur et corrūpūtur et ꝙ omnia semꝑ alterant· sed h⁹ est simpliciter falsum vt ꝓbatū est·qꝛ nō contin git aliquem motū esse sempiternū et ꝑpetuū pre ter motum circularem·

Qꝛ autem motus cir

Hic ꝓbat aliam ꝑticulam·s·ꝙ motus circularis sit ꝑm⁹·Cuius prima rō stat in hoc quia oīs mo tus vel est circularis rect⁹ vel ꝯpositus ex vtrisqꝫ sed manifestū est ꝙ motus circularis est ꝑor cō posito·qꝛ simplex ē pri⁹ ꝯposito·Qꝛ āt circularis sit prior recto·sic ꝓbat qꝛ omne ꝑfectum est ꝑus imꝑfecto·sed motus circularis ē ꝑfectus motus aūt rectus imꝑfectus·ergo motus circularis ē ꝑ or recto·minor patet qꝛ hoc est ꝑfectum cui non potest fieri additio· sed circulo nō ꝑt fieri addi tio ergo nec motui circulari·sed linee recte ꝑt fi eri additio etiam manente linea·

Amplius prius est·

Hic manifestat scd̄am rōem et stat in hoc ꝑpetu um est prius nō perpetuo·qꝛ ꝑpetuū includit om ne tp̄s sed motus circularis ꝑt esse ꝑpetuus et nullus alius motus ergo ⁊c·minor ptꝫ qꝛ supra lineam rectā nō potest eē motus ꝑpetu⁹ nisi sit li nea infinita que nō reperitur·

Rationabiliter autē·

Hic ꝓbat vtrāqꝫ ꝑticulam ꝑ rōes logicales ꝙ motus circularis sit cōtinuus et prim⁹· et po nit tres rōes quarū prima principalit ꝓbat de cō tinuitate·alie vero de ꝑmitate · Prima rō stat in hoc ille motus est semꝑ cōtinu⁹ qui nūq̄ ē in principio vel in fine·qꝛ continuitas impeditur ex

termino cum in termino motus nō sit motus· ꝗ motus circularis nunq̄ est in principio vel in fine· minor pbatur qꝛ nō est maior rō quare vnū pūctum signatum in circulo sit principiū q̄ alterum· et sic quodlibet pūctum signatū in circulo pt indifferēter eē principiū ꝛ finis motus· cū ōia pūcta circūferentie equaliter distēt a centro· Et ex hoc elicit arist· ꝙ celum quodāmodo mouet̄ semp et quodāmodo semp quiescit· qꝛ quiescit ſm totum et mouet̄ ſm ptes· et ergo ponitur ista autoritas in textu· Celū quiescit totū et mouetur omne capiendo totū cathegrāmatice·

Arguitur ꝙ in motu circulari est principiū ꝛ finis· ergo male dicit hic ꝙ nec habet principiū nec finem· Añs probatur qꝛ oriens est principiū motus celi· et occidens est eius finis· ¶ Dōm ꝙ motus circularis potest capi dupliciter· Uno mō ſm se· et sic ī motu circulari nec est principiū nec mediū nec finis quia qlibet punctum in magnitudine circulari potest indifferēter eē pncipiū vel finis· cū omnes ptes simul moueant̄· Alio mō accipit̄ ſm ordinē ad influentiam ipsi mouentis· s· anime nobilis· et sic in celo est principiū motus· et hoc ideo quia anima nobilis est diffinitiue in loco· qꝛ determinat se ad vnū certum locum in quē influit· In illo ergo loco in quo est anima nobilis diffinitiue ibi ē principiū motus· ꝛ in pte opposita est terminus motus· in linea āt recta sumit̄ principiū et finis etiā ſm ordinē ad lineam· et hoc non fit in linea circulari·

Accidit autem conuer

Hic ponit scdām rōem que pbat motum circularem eē primū· et stat in hoc quicqd ē mensura aliorum hoc est principiū vl primū· sed motus circularis est omniū motuū mensura· quare est primus· Maior patet qꝛ ista se habēt cōuersim esse mensuram et eē primū· quia semp primū in vno quoqꝫ genere est mēsura omniū alioꝝ decimo metaphisice· Minor patet quarto hu9 vbi dicit̄ ꝙ mot9 circularis celi ē mēsura oīm alioꝝ motuū·

Amplius aūt regula

Hic cōseqnter ponit terciā rōnem· et stat in hoc ille motus est primus inter alios motus qui solum est regularis· sed solus motus circularis est regularis int̄ alios motus· ergo ē prim9· Maior patet quia motus regularis est magis prius q̄ irregularis· vt patet quinto huius· Sed vnū ē prius multitudine sicut simplex composito· Minor oñdit̄· s· ꝙ omnis alius motus preter circularem est irregularis· Est eñ triplex motus· Aliquis est naturalis· aliqs est animalis· et aliqs est violentus· motus autē naturalis est in principio tardior et in fine velocior sicut mot9 lapidis deorsū· Sed motus violētus est in principio velocior et in fine tardior· quia in principio est fortis impssio ipsius mouentis· Sed mot9 animalis est velocior in medio· quia anteq̄ mēbra animalis aptentur ad motum motus est tardus et postq̄ membra sūt fatigata tūc iterum ē tardus· et sic in medio ē motus velocior in ipsis animalibus· Cum ergo ille motus sit irregularis q̄ nō est eque velox p totū tempus· patet ꝙ oñes isti motus sunt irregulares·

Quod autē scdm lo

Hic pbat ꝙ motus localis est primus oīm motuū p opiniones antiquorū· et pmo p opinionem empedoclis qui posuit principia rerū eē litem et amiciciā· et p litem dixit res ab inuicem segregari et p amicitiam congregari· cū ergo segregatio et cōgregatio sint motus locales· patet ꝙ mot9 localis est prim9 motuū· Secūdo oñdit idem per opinionē anaxagore qui posuit vnū intellectum segregantem res a chaos cōfuso· et sic segregatō est prim9 motuū et est motus localis· Tercio oñdit idem p opinionem democriti qui dixit omnia moueri p naturam vacui· Sed motus qui fit p vacuū aut est loci mutatio aut similis loci mutatōi· Quarto oñdit idem p opiniones ponentiū vnū principium materiale· qꝛ tales dicebant generatōem fieri p condensatōem et rarefactionē· sed cōdensatio et rarefactio sunt motus locales· Quinto oñdit idem p opinionē platonis ponentis principiū motus esse animā nobilem· et anima principaliter mouet localiter· Sexto ostēdit idem p ea que cōiter et vulgariter dicūtur· qꝛ apud vulgares hoc solū dicitur moueri quod mouetur localiter· quia nō dicūt aquam moueri quādo calefit· sed quando mouetur de loco in locum

Queritur Utrum solum motus localis circularis sit cōtinuus et perpetu9· ¶ Dicendum ꝙ ille pticule scilicet esse continuū et esse perpetuū possūnt dupliciter capi· Uno modo cōiunctim· et sic solum cōueniūt motui locali circulari· quia motum esse continuū et

perpetuū est vnū et eūdem motū localem durātē p infinitum tempus. sed hoc solum est verum in motu locali circulari. quia motus localis rectus non est vnus numero p infinitum tempus. quia oportet mobile in pūcto reflexionis quiescere. Secūdo potest intelligi diuisim. s. an aliquis mot' sit cōtinuus vel an etiam aliquis motus sit perpetuus. et sic etiam iste pticule cōueniūt multis alijs motibus. quia multi alij motus sunt continui preter motum localem sicut motus alterationis vel etiā motus rectus. et etiam est aliquis motus ppetuus sicut motus generatōnis et corruptōnis supposita ppetuitate mūdi q̄uis ergo in generatōnibus inueniatur ppetuitas non tñ inuenitur cōtinuitas. ¶ Circa quod sciendū q aliq̄ duo simul cōiuncta repugnant alicui que tamē diuisim sumpta possūt illi cōuenire. exempli gratia esse numerū imparē vtrobiqz primū hec totum cōuenit soli ternario. sed ille pticule separate abinuicem cōueniūt multis alijs. quia esse numerū imparē cōuenit multis a ternario. et etiam esse vtrobiqz primū cōuenit alijs quia binario. Sic etiam dictum est nūc q eē simul continuū et ppetuū cōuenit soli motui circulari q̄uis eē cōtinuū p se cōuenit alijs sicut etiā esse perpetuū per se cōuenit alijs.

Arguitur Generatōnes et corruptiones sunt perpetue. ergo aliquis motus est perpetuus qui nō est circularis. ¶ Dicendum q q̄uis in motu generatōnis inueniatur ppetuitas supposita eternitate mūdi non tamē inuenitur ibi continuitas simpliciter. quia in continuitate requiritur vnitas mobilis et cōtinuitas temporis circa eūdem motū. sed nō est vnius generatio sed pluriū nec est vnius corruptō. sed ē vn' motus etiā numero circularis in celo vt postea patebit.

Arguitur Motus augmentatōnis ē infinitus et est continuus quia sm arestotilem in scdo de anima ignis apposito conbustibili crescit in infinitum. ergo ē aliquis motus ppetuus preter motum localē. ¶ Dicendum dupliciter. primo q nō est dabile infinitum cōbustibile. et ideo ignis non potest crescere in infinitum. celum enī cum sit incorruptibile est incōbustibile. et ideo solū quatuor elemēta et mixta sūt ignibilia q̄ cū essent cōbusta adhuc nō esset ignis infinitus. verum tamen est q elemēta non sūt ignibilia supposita virtute regitiua vniuersi. quia illo posito vniuersum corrumpi nō potest. Scdo dicendum q dato q ignis augeretur in infinitum adhuc nō esset vnus ignis sed esset nou' ignis p appositōnem nouorum cōbustibiliū. et sic nō esset vnus motus pter defectū mobilis.

Arguitur Omnis motus est finitus sexto huius. ergo mot' localis circularis nō est infinitus vt hic dr. ¶ Dicendum q omnē motum esse finitum potest intelligi tripliciter. Uno mō ex pte subiecti qr scz ē in subiecto finito. et sic omnis motus est finitus quia sicut pbatur tercio huius nō est aliqua magnitudo infinita. Scdo mō potest intelligi motum esse finitum ex pte termini quia. s. habet terminū finitū. i. determinate essentie et spēi. et sic iterū omnis motus est finitus. quia omnis motus terminatur ad aliquod predicamentū. Sed sola entia finite essentie sunt in predicamento. Tercio mō motus dicitur finitus ex parte duratōnis. quia scz durat p finitum tps. et sic motus celi dicitur infinitus et nō finitus quia durat sm perpetuū tempus non habens principium nec finē intrinsecum. et illo modo loquitur arestotiles hic.

Arguitur Videtur q iste motus circularis non sit perpetuus pbatur qr motus habens terminū non est infinitus. sed motus circularis habet terminū ergo etc. ¶ Dicendū q terminus accipitur dupliciter. Uno modo p termino specificante. et sic omnis mot' habet terminū quia ē in aliquo predicamento. et in aliqua specie predicamenti. et illo modo terminus motus circularis est vbi sicut cuiuslibet alterius motus localis Alio mō accipit terminus pro termino duratōis. et sic mot' circularis nō hz terminū quia durat p infinitum tempus. et sic nō est terminus duratōnis ipsius motus circularis sm sententiam arestotilis.

Arguitur Si motus circularis esset vnus et perpetuus hoc eēt per reiteratōnem motus. Sed reiteratio impedit vnitatem motus. ergo non erit motus vnus numero. ¶ Dicendum q duplex est reiteratio quedam est que fit ī motu locali recto. et illa tollit vnitatem motus. quia necesse ē mobile in puncto reflexionis quiescere. sed illi motus non sunt vnus inter quos interuenit quies quia nō est cōtinuitas temporis. Alia est reiteratio que fit in motu circulari et talis non tollit vnitatē motus quia non oportet in tali reiteratōne in

teruenire quietem·quia q̄uis sit reditus ad lo̅ca quo fuit exitus hoc tamen non est p eandem viam sed p aliam·s·p aliū semicirculum·Sed re iteratio in motu recto semp fit p eandem viam·

Arguitur Prima circulatio differt a secunda numero sicut vnus dies differt ab alia·ergo nō est vnus motus·¶ Dicendū q motus celi accipitur dupliciē Uno modo sm suam totalitatem·et sic est vn' motus numero ad modū quo lignū vel aliquod continuū dicitur vnū·Alio modo accipitur motus celi sm diuersas et ptiales reuolutōnes celi·et sic ille ptes differūt ab inuicem numero potentiali sed nō actuali·quia abinuicem non habent distinctōnem actualem·Simile est d̄ vno ligno decem pedum·quia hoc vnū lignū q̄uis sit vnū sm actum tamē ptes eius distinguūtur ab inuicem numero potentiali·et sic possumus vere dicere q prim' pes ligni nō sit vltimus q̄uis tamen ille ptes ab inuicem non sint actualiter distincte·Similiter dicitur de ptibus motus celi q sit vn' mot' numero·et tū vna ps mot' nō ē alia pars·et eo modo quo motus celi est vn' sic etiam tempus est vnū·

Si autem necesse ē·

Iste est quartus tractat' et vltimus hui' octaui libri phisicoꝝ in quo postq̄ determinauit phs q motus est ppetuus q̄tum ad primū tractatum·et q est deuenire ad primū mouens immobile quod est ppetuū et vnū·et q est mot' sempiternus q̄tum ad scōm tractatum·et q ē vn' prim' motus·s·localis circularis qui est cōtinu' et ppetuus q̄tum ad terciū·Hic consequēter determinat quale sit primū mouens et premittit suā intentōnem dicens q primū mouens est indiuisibile nullam habens magnitudinem·et ideo est aliter primū mouens indiuisibile et punctum·qr pūctum est de genere diuisibiliū non autem pmū mouens·

Horum autem vnū

Hic exequitur ppositum et primo premittit quedam necessaria ad oñdendum ppositum·scdo oñdit ppositum ibi·determinatis autem·Circa primū vult ostendere primū motorem esse infinituz scdo oñdit primū motorem esse vnū ibi·de his āt Circa primū adhuc tria pmittit·primū est q ad motum infinitum requiritur potentia infinita·scōm est q in magnitudine finita nō potest esse potētia infinita·terciū est q in magnitudine infinita non potest esse potentia finita·Primū sic pbat quia si mouens finitū moueret in tempoē infinito sequeretur q idem mouens moueret tpe finito ⁊ infinito quod est impossibile·quia implicat contradictōnem·quia quod mouet tempore finito illius motūs habet finez et quod mouet tēpore infinito illius motus nō habet finem·ergo motus vnus haberet finem et non haberet finez quod est incōueniens·Antecedens pbatur quia si sit mouens finitum tūc tpe finito ps mouētis mouebit ptem mobilis si auferatur·sed multe ptes mouentis finiti reddūt totū mouens finitū cum ergo ptes virtutis mouentis pportionētur tempori·sequitur etiam q tempus sit finitum·s ponebatur infinitum·ergo erit tempus finitum simul et infinitum·

Q autem omnino·

Hic pbat scōm·s·q in magnitudine finita non ē potentia infinita et premittit duas suppositōes Prima·est q maior potētia pficit equalem effectum in minori tempore q̄ minor potentia·Secūda suppositio q omne quod mouetur in tempore mouetur·Ex istis sic arguitur·Si in magnitudine finita sit potētia infinita aut ergo illa potentia infinita mouebit in nō tempore·et hoc est contra scdam suppositōem·vel mouebit in tēpore·et sic finita virtus et infinita mouebūt in equali tempore quia ad virtutem finitam potest tm̄ addi q adequetur virtuti infinite·exempli grā si virtus infinita moueat in vna hora vnū mobile et virtus finita in centuz horis tūc si addatur centuplex virtus virtuti finite tūc etiam mouebit in vna hora sicut virtus infinita·et hoc est contra primam suppositōnem·

Non ergo a finito·

Hic pbat terciū·s·q in magnitudine infinita nō est potentia finita·et hoc duabus rationibus pmittendo tamen aliquid quo videri possit alicui q in magnitudine infinita esset potentia finita Quia videm' quādoqz q minor ignis habet maiorem virtutem q̄ multus aer·et sic magnitudines et virtutes siue pōtentie non pportionātur Rñdit phs q q̄uis in magnitudine aeris sit minor virtus tamen in infinita magnitudine oportet esse maiorem potētiam q̄ in aliqua quacūqz

alia finita magnitudine. q̄a finiti et infiniti nul
la est ꝓportio. et ideo licet ignis excedat aerē in
virtute si sumātur in eadē q̄titate tn̄ nullo mō
p̄t infinit⁹ aer eē minoris v̄tutis q̄ finit⁹ ignis.

Hic igitur in quo est

Hic ponit ad ꝓpositū duas rōnes. s. q̄ in ma-
gnitudine infinita non potest esse potentia fini
ta. prima est quia si sic tunc virt⁹ finita alicuius
corporis possit esse equalis virtuti corporis infi-
niti. sed hoc est impossibile ergo illud ex quo seq̄
tur. minor patet q̄a virtus oritur ex natura rei
sicut ergo corpus finitum et infinitum non pn̄t
habere vnam naturam ita nec vnam virtutem
Sequela patet quia si in corpore infinito ē vir
tus finita tūc virtus finita alicuius corpis fini
ti aliquotiens sumpta potest adequari virtuti
corporis infiniti Exempli gratia si sit corpus in
finitum habens virtutem in centum et sit corp⁹
finitum habēs virtutē in vno tm̄ si tūc ad corp⁹
finitū addanē ptes nonagitanouē tūc erit v̄tus
equalis in corpore finito et infinito. et si di-
cat vbi tūc accipiūtur tales ptes que sunt addē
de finito corpori. dicendum q̄ debent diuidi a cor
pore infinito ex quo enī hoc corpus est infinituz
sic potest quodcūq̄ corpus abstrahi et adhuc ma
nebit infinitum. Ex quo vlterius sequitur si cor
pus finitum et infinitum possunt habere eādem
q̄titatem vel virtutem q̄ etiam finituz corpus
possit habere maiorem virtutem q̄ corpus infini
tum. quia sicut addebatur corpori finito vt adeq̄
retur corpori infinito in virtute ita potest etiaz
plus addi.

Est autem hoc demō

Hic ponitur scd̄a ratio que est eadem cum priori
in virtute inferendi. sed differt in hoc q̄ prima
concludebat de potentia finita existente in ma-
gnitudine infinita alterius generis. sed ista con
cludit de potentia finita existente in magnitudi
ne eiusdem generis. Ex istis potest nūc elici prin
cipale ꝓpositum. s. q̄ virtus p̄mi mouentis ē in-
finita quia mouet tp̄e infinito. et s̄m nūc ꝓbata
mouens finitum nō potest mouere tp̄e infinito
sic requiritur q̄ mouens tp̄e infinito sit infinite
virtutis. quale est mouens celum s̄m intētōnem
Arestotilis vt infra latius patebit.

Queritur

Vtrū primus motor sit in
finite virtutis. Dicēdū
q̄ sic. et hoc debet intelligi de infinitate formali
et nō materiali de quibus in primo et tercio hu-
ius dictuz est. Q̄ autem primus motor sit infini
tus infinitate formali hoc ꝓbatur sic. illud ē infi
nitum formaliter quod nullo mō potest esse con
tractum. quia cōtractum impedit infinitatē. sed
primū mouens nullo mō est contractum. ergo ē
infinitum formaliter. minor ꝓbatur q̄ dupliciter
aliquid terminatur. Vno modo p̄ esse q̄d recipit
in essentia determinate speciei. et illo mō omnis
creatura est terminata cōtracta et finita. q̄ om
nis creatura habet esse etiam determinate speciei.
q̄ est in p̄dicamento. et sic substantie sepate sūt
etiam finite. Alio modo aliquid terminatur per
materiam sicut forme rerū materialiū terminātur
ad indiuiduale esse p̄ materiam. et tali termina
tōne non est omnis creatura terminata. Sz so-
lum creatura que habet formam in materia. et
ideo substantie sepate dicūtur infinite ex pte il
lius terminatōnis. et sic possunt dici infinite s̄m
quid. s. p̄ compatōem ad materialia. Per hoc er
go dicēdum est q̄ duplex est primus motor. s. ex
tra genus et est ipē deus. Alius est prim⁹ motor
in genere et est ipsa anima nobilis. Si ergo lo
quimur de primo motore extra genus et simplici
ter tūc primus motor simpliciter est infinite vir
tutis. quia nullā habet terminatōem vel contra
ctōnem vt dictūm est. et ideo tam s̄m esse ē infi-
nitus q̄ s̄m posse quod cōsequitur esse q̄ etiam
s̄m opari quod sequitur ad vtrūq̄. Si autē loq̄
mur de p̄mo motore in genere tūc ille est infini
tus s̄m q̄d. q̄ ille nō est cōtractus ad materiaz
Item ille motor est infinite virtutis nō simpliciter
q̄ nō est infinite essentie sed in ordine ad opati
onem. et sic d̄r extēsiue infinitus sed nō intēsiue
q̄ p̄ ꝯpatōnem ad opus. s. ad motū sempiternū
q̄ potest sempit̄no motu mouē q̄ ē mouēs infa
tigabile. Ex q̄bus patet solutio si queratur vtrū
ph̄s hic loquatur de p̄mo motore extra gen⁹ vel in
genere. d̄m q̄ p̄t de vtroq̄ intelligi. q̄ p̄m⁹ mo
tor extra genus ē infinitus simpl̄r et infinite v̄
tutis. et p̄mus motor in genere ē infinit⁹ s̄m q̄d
scz s̄m q̄ mouet p̄ infinitum tempus.

Arguit

Omnis virtus infinita habebit
effectum infinitū. sed nō est ali
quis effectus infinitus. ergo nulla erit virt⁹ infi
nita. Dicēdum q̄ duplex ē virtus quedā est vir
tus agentis p̄ naturā. et sic ē verū q̄ si virtus es
set infinita q̄ tūc haberet effectum infinitum. Et

ratio est quia hoc ageret ſm extremū sui posse. Alia est virtus agentis intellectualis et volūtarij·et tūc nō oportet q̄ si virtus talis agētis sit infinita q̄ ipm agens agat effectū infinitum·qr tale agens nō agit ſm extremū sue virtutis·ſ ſm moderatōem sue sapientie et ideo nō agit q̄tum potest sed q̄tum vult·

Arguitur ratio aresto·p̄supponit falsum p quam pbat q̄ mouens finitum nō potest mouere tēpe infinito pbatur qr supponit ptem celi posse auferri de toto·sed hoc ē impossibile qr celū est incorruptibile Rndet pmo q̄ illa demōstratio ē ꝯditionalis et in cōditōnali demōstratōe nihil impedit añs fore impossibile·sicut ista est bona demonstratō si azinus volat azinus habet pēnas et tñ añs ē impossibile. Potest tñ aliter et melius dici q̄ est duplex abstractio ptiū a toto·vna est q̄ fit p realē diuisionē·et sic est verū q̄ non pñt a celo ptes abstrahi qr vbi ē tal' abstractio ptiū ibi ē corruptibilitas· Alia ē abstractō q̄ fit p ymaginatōem vl diuisionē intellectus·et talis abstractō non diuidit corpus realit·et iō ipsa p̄t fieri in corpe incorruptibili· Sufficit ergo q̄ in celo p ymaginationem abstrahantur ptes·

Arguitur virtus finita mouet in tēpore infinito·ergo pbatio aresto·est inualida·pbatur qr anima nobilis q̄ est finita mouet celū in tpe infinito·qr motus celi est infinitus· ¶ Dōm duplr pmo q̄ virt' anime nobilis est infinita ſm quid sicut pus dictū est· Primū em̄ mouens simplr habet virtutē simpliciter infinitam· Sed primū mouēs in genere habet virtutem infinitam ſm quid·qr in ordine ad motū infinitū ¶ Scdo dōm est q̄ dupliciē accipit infinitas in motu· Uno mō ſm ptes mobilis sic q̄ ille motus diceret infinitus qui eēt infiniti mobilis·et sic est manifestū q̄ talis mot' infinitus fieret a virtute infinita simplr·qr alias mouens nō excederet virtutem mobilis· Alio modo dicit motus infinitus ex pte tempis sicut motus celi nūc est infinitus·et tūc in motu sunt duo cōsideranda·s·infinitas motus·et illa est a motore infinito· et determinata velocitas motus et illa est a motore finito·et ſm hoc dr̄ q̄ anima nobilis mouens celum est bene cā motus celi ſm eius determinatam velocitatem sed nō est cā motus celi ſm eius infinitatē·et sic adhuc infinitas motus dependet a motore infinito· Potest etiā breuiter dici q̄ motus infinitus ſm duratōnem potest fieri a virtute infinita ſm extēsionē siue a virtute infatigabili etiam si talis virtus non sit intēsiue infinita sicut virtus dei·

Arguitur a virtute finita potest pcedere eē infinitū·ergo etiam motus infinitus· Consequentia tenet a simili· ¶ Dōm q̄ non est simile de ppetuitate eēndi et de ppetuitate motus qr ppetuitas essendi respicit creatorem qui dat vnicuiqȝ rei terminū eēndi et ergo quibusdam dat ppetuitatem eēndi et aliquibus dat esse tpale· Sed motus oritur ex virtute mobilis et mouentis·et iō motus respicit cām ꝓpinquā· Sufficit ergo in ppetuitate eēndi voluntas primi creantis· Sed ad ppetuitatem motus requiritur etiam infinitas mouētis·verū tamen est q̄ si sit aliqua virtus infatigabilis illa potest mouere motū infinito q̄uis sit finite essentie·sicut patet de anima nobili·

De his autem que fe

Postq̄ phs ostendit primū motorem esse infinite virtutis·hic cōsequenter ostendit vnitatem pmi motoris· Et circa hoc vnū p̄supponit·s·q̄ vnitas motus depēdet ex vnitate mouentis· Et occasione illius querit quomodo piecta moueatur Et primo ostendit q̄ nō mouent seipsa·qr non sunt animata,nec etiam videnē moueri a pijciente·quia mouēs effectiue debet eē simul cum moto sicut dicebatur septimo huius·nō ergo videtur a quo moueantur piecta postq̄ sunt separata a proijciente·

Si autem simul mo

Hic ponit solutōnem questionis mote·et primo excludit opinionem platonis que fuit q̄ pijciēs pijciendo moueret aerem primū·et ille aer vlterius moueret piectum vsqȝ ad finem absqȝ motu aeris consequenter se habentis·sed hāc opinionem phs excludit·et vult q̄ ille aer prim' motus a pijciēte si esset cā motus piecti tūc piectū moueretur in aere primo tm̄ et nō cōsequenē·qđ apparet manifeste falsuȝ· Et ideo ponit phs vnā aliam solutōnem que ē·q̄ pijciens mouet aerem primū circa se· et ille aer mouet aliū aerem·et sic vlterius donec cessat virtus pijcientis in aere et illa virtute deficiēte deficit motus· Et simile est de circulationibus aque·quia vna pte mota illa ps mouet aliam ptem·et vlterius illa ps

mota mouet aliam donec cessat virtus p̄mi mouentis. sic etiam est in aere q̄uis nō ita manifeste apparet ad sensum.

Quoniā autē in his

Hic aresto. cōcludit ex istis q̄ intendebat scʒ q̄ motus piectorū nō est vnus quia sit a diuersis mouētibus cōsequenē se habentibus. Et ex hº cōcluditur q̄ si non esset vnus primus motor tunc nō esset vnus primus motus. ⁊ ideo p oppositū si primus motus est vnus sicut verum ē. ergo necesse est tm̄ eē vnū primū motorem. et sic primus motor est vnus quod fuit principale ꝓpositū.

Queritur Quare aresto mouet hic istam questioneʒ de motu piectorum. ¶ Dicendū q̄ illa questio est hic incidentalis. quia phs intendit hic ꝓbare q̄ vnitas motus deficit ꝓpter diuersitatē mouentiū. et hoc ꝓbat ex motu piectoꝝ qui ideo nō est vnus. si ergo est vnus motus p̄mi motoris tūc cōcludit q̄ necesse est esse vnū primū motorem. alias nō eēt vnus motus.

Arguitur Motus celi etiam depēdet ex diuersis mouentibus si ergo motus nō est vnus ꝓpter diuersitatem mouentiū. ergo nec motus celi erit vnus ꝓpter eandem causaʒ. ¶ Dōm q̄ aliquis motus potest dupliciter dependere ex diuersis mouentibus. Vno modo ꝑm subordinatōnem mouentiū sic. s. q̄ mouentia sint subordinata. ⁊ sic vnus motꝰ potest dependere ex diuersis mouentibus. Et rō illius ē quia tūc scōm mouens mouet virtute p̄mi mouentis. Alio modo dependet motus ex diuersis mouentibus nō subordinatis. et tūc ex diuersitate mouentiū impeditur vnitas motus. et sic ē de motu piectoꝝ. quia omnino accn̄tale est q̄ vna ps aeris plus mouet aliam q̄ alia ps priorem sic autem non est in causis essentialiter subordinatis quia semp vniuersalior causa mouet eēntialiter pticularem et non econtra. sic q̄ pticulares cause moueant vniuersalem.

Queritur. Vtꝝ piecta moueantur a pluribus consequenter se habentibus ¶ Dōm ꝑm arestotilem q̄ sic. Et ratio illius est quia quāto aliqua virtus est fortior tanto distantius se diffundit in opatione. sic tamen q̄ primū mouens semp sit simul cum proximo moto. cum ergo virtus piectiua sit quedam virtus. ergo diffundit se primo in primum mobile quod est aer primus. et ille aer mouet alium aerem primū ⁊ etiam piectum. ille autē aer primus vlterius mouet remotiorem aerē. et hoc fit donec cesset virtus piicientis. quia tūc etiaʒ cessat motus. et sic primū mouens est semp simul cuʒ moto. quia ille aer qui est immediate circa piectum est primū mouens vt ꝓbatum est de circulatōnibus ipsiꝰ aque in quibus vna ps aq̄ mouet aliam. Ex quibus patet q̄ in motu proiectorum est tria assignare. Vnū quod est motum tm̄. s. piectum. Scōm quod est motuʒ et mouēs simul sicut est aer medius q̄ talis aer mouetur a virtute piicientis. et mouet vlterius ipsum proiectum. Tertiū est mouens tm̄ vt̄ piiciens. Ex q̄bus patet rn̄sio ad quesitum. quia eīn̄ sic est q̄ vna ps aeris mouet aliam donec cessat virtus piicientis. sic patet q̄ piecta moueantur a pluribus mouentibus cōsequenter se habentibus. q̄ a ptibus aeris habentibus se cōseq̄nter.

Queritur. Cuius nature sit virtus piectiua. ¶ Dōm q̄ in mouente est naturalis potentia que orit̄ ex principiis subiecti sed in aere moto ista virtus non est in aliquo predicamēto. quia nō potest esse in aere moto actualiter. quia tūc in aere moto eēt actualis potētia motiua. et sic semp aer moueret piectum absq̄ extrinseco mouēte sicut nūc facit piiciēs. oportet ergo dicere q̄ ista v̄tus sit in aē moto potentialit̄ et v̄tualit̄. et illa virtus saluat̄ in motu locali aeris qui motus ē de p̄dicamento vbi. Vn̄ dici p̄t q̄ v̄tus piectiua ī aere accipitur dupl̄r. Vno mō quo ad eius fundamentū. et sic ē de p̄dicamēto vbi q̄ ē motus localis aeris. Alio mō quo ad actū et tūc nō est in aliquo p̄dicamē to. q̄ nō est ens reale actuale sed solū virtuale.

Arguit̄ Si n̄ ē actū virtꝰ piectiua ī aere moto tūc aer nō vlterius proiiceret piectum. ¶ Dōm negando ꝯseq̄ntiā quia sufficit ad hoc q̄ moueat q̄ etiā moueat̄ a piiciente. et in illo motu saluat̄ vlterius virtꝰ mouēdi ꝑm virtutē ⁊ non ꝑm actū. Et hoc p̄t ꝓbari p duo similia. Primū est de motu locali q̄ baculo moto et vlterius mouēte lapidem. q̄uis moueat lapidem nō tn̄ p̄t dici q̄ baculus habeat in se potentiā mouendi ꝑm actū q̄ tūc baculus p se mouēt lapidē. q̄ ois potentia p̄nte obiecto opat̄. et ideo baculus solū habet in se virtutē mouēdi ꝑm potentiā. Scōm simile ē de motu alteratōnis de aqua calefacta. q̄ aqua calefacta vlterius cale-

facit nō tñ pt̄ dici q̄ aqua habeat in se potētiam
calefaciendi ignis ſm actū·q2 illa est naturalis
potētia ignis est·ergo in aqua calefacta potētia
calefaciendi ſm virtutem et nō ſm actū que vir
tus calefaciendi fundatur in calore recepto in
aqua·

Arguitur· Illud qḋ impedit motum
nō iuuat motū·ſ3 mediu3
impedit motū·ergo nō iuuat motū· minor pt3 in
quarto huius capitulo de vacuo·¶ Dōm q̄ me
diū·ſ·aer accipitur dupliciter· Vno mō ſm se ·et
sic nō iuuat motum sed potius impedit motum
Alio mō accipit̄ mediū ſm q̄ ī se recipit aliquā
virtutē mouēdi·et sic iuuat motū· Et simile ē de
alteratōe q2 aqua de se impedit calefactōnem cū
sit ſm se frigida tñ aqua calefacta iuuat ad ca
lefactōem quia calefacit carnes in olla·

Arguitur Proiecta mouent̄ ab impe
tu impſſo·ergo nō mouent̄
a pluribus mouētibus cōseq̄nter se habentibus·
Aīs ꝓbat̄ q2 nisi sic nō posset saluari quō tam
vehementer nauis moueret̄ ꝯtra fluuiū et sagit
ta a balista·¶ Dōm q̄ ꝓpter ista argum̄ta ali
q̄ dicebāt q̄ necesse esset ꝓiecta moueri ab aliq̄
forma sibi impſſa a ꝓiiciente·exempli grā lapis
ꝓiectus a manu reciperet in se vnā formā sibi im
pressam a ꝓiiciēte p quam vlterius moueret̄ ad
ipm locum·et sic nō fieret ab aere moto qḋ ē cō
tra arestotilē·Et etiā est positio incōueniens q̄
ꝓiecta moueant̄ a forma sibi impſſa q2 si sic mo
uerent̄ tūc nō esset assignare cām cessatōnis ta
lis motus nisi occurrente aliquo obstaculo ex q̄
em̄ illa forma ē in ꝓiecto·sic ea rōe semp mouē
tur a tali forma·non em̄ appareret vn̄ posset ta
lis forma corrūpi·¶ Dōm est ergo q̄ ista mobi
lia de quibus dictum est mouent̄ p formam im
pressam a mouente nō in ꝓiectum sed in aerem
mediū·et illa impressio facilime pt̄ fieri in aere
quia est faciliter mobilis·et ideo qñ nauis velo
citer mouetur cōtra fluuiū tūc est fortis impſſio
facta in aqua circa nauim ⁊ in aere·idō illa aq̄
et aer mouent̄ nauim etiam absq3 tractōne· In
signū cui9 aqua habet tumorem añ nauim·⁊ idō
apparet q̄ aqua mota fuit ⁊ q̄ aer motus fuit
quia si quis poneret vnā plumam circa nauim
etiam deberet moueri quod est signū q̄ aer ille
mot9 fuit circa nauī Et sile ē dōm de arcu et ba
lista·quia talis impressio citius recipitur in aere
cum q̄ in nauim vel in lapidem.

Si quidem mouetur·

Hic ostendit q̄ ab vno motore possit motus
semp esse continuus ⁊ ꝑpetuus·⁊ hoc sic quicq̄d
mouet absq3 sui mutatōne ⁊ infatigabiliter hoc
potest mouere motu ꝑpetuō·sed sic est de primo
motore·ergo motus eius est cōtinuus et ꝑpetu9
Maior ꝓbatur quia nō est maior rō quare poti
us vno tpe moueret q̄ alio cum nō fatigetur·se
cus est in motore fatigabili·q2 motor fatigabil̄
nō potest debite mouere post fatigatōnem sicut
ante fatigatōnem·⁊ ideo nō potest mouere mo
tu perpetuo·

Et regularis hic mo·

Hic ōndit q̄ a motore immobili ē motus regula
ris·quod sic ꝓbatur quia ille motus ē regularis
qui est eque velox p totū tp̄s·sed motus celi est
eque velox p totum tp̄s·quia motor eius mouet
motu infatigabili·⁊ idō nō mouet velocius vno
tempe q̄ alio·hoc autem contingit qñ mouens
est fatigabile·quia postq̄ fatigatum est mouet
tardius q̄ añ fatigatōnem·⁊ ideo sit motus ir
regularis sicut nūc de facto motus animaliū est
irregularis quia est in fine tardior·

Necesse aūt est in me·

Quia sepe dictum est de primo motore q̄·ſ·ē vir
tutis infinite et infatigabilis causās cōtinuum
motū·hic cōsequēter ōndit vbi sit ille prim9 mo
tor dicens q̄ principiū motus cōtinui vel est in
centro vl̄ in circūferentia·Cuius rō est quia ṗn
cipiū circuli sumit̄ p compatōem centri ad circū
ferentiam vel per compatōnem circumferentie
ad centrum·sed primū mouens non est in cētro
ergo erit in circūferentia·Antecedens illius ꝯse
quētie ꝓbatur quia cū mouens sit principiū ipsi
us motus·ergo vbi mouens est ꝓpinq̄us mobili
ibi velocius mobile mouetur· Ex quo sic arguit̄
In illa parte est mouēs vbi motus ē velocior·q2
velocitas motus causat̄ ex virtute mouētis·sed
in circūferentia motus ē velocior·ergo in circūfe
rētia ē motor ⁊ nō in cētro·

Arguitur Motus celi est velocior
circa centr̄ q̄ in circum
ferētia ergo ⁊c̄·ꝓbatur q2 luna que ē ꝓpinquior
cētro mouetur velocius q̄ aliq̄s aliorum plane
tarum·¶ Dicēdum q̄ in celo est duplex motus
scilicet diurnus ·qui dicitur diurnus quasi acci

piens suam cõpletionem in vno die·s·naturali id est in vigintiquatuor horis·et tali motu mouentur omnes celi·sicut etiam ignis ꝛ superior ꝑs aeris·et de tali motu manifestũ est ꝙ ẽ velocior in circũferentia q̃ in centro·ꝛ hoc sic patet quia velocius dicitur qḋ in equali tp̃e ꝑtransit maiꝰ spaciũ·qꝛ ergo circa circũferentiã sũt maiora corpora·et tñ in equali tp̃e oẽs spere superiores describũt suos orbes cum alijs corporibus inferioribꝰ sic manifestum est ꝙ velocius mouentur·Alius est motus in celo qui dicitur motus planetarũ in zodyaco et tũc oppositũẽ· qꝛ sic quanto corpꝰ magis appropinquat centro tanto velocius mouet et hoc patet exemplariter qꝛ luna que est infimꝰ planetaꝝ ꝛ maxime versus centꝝ cõplet suũ motum in vno mẽse·venus mercurius et sol ꝑ vnũ annũ·mars vero qui est supra illos planetas ꝑ duos ãnus·et iupit̃ qui ẽ supra martẽ ꝑ duodeciꝫ et saturnus qui maxime distat a centro cõplet suum cursũ in trigita ãnis·et firmamentũ cõplet suũ cursum cõtra motum diurnũ in 36000·annis·Aaresto·autem hic loquitur de primo motu scilicet diurno·

Arguit̃ Primũ mouens nõ est in circũferentia ꝓmi mobilis quia non est corpus·sed qḋ nõ est corpus nõ est in loco vt patet quarto huius·¶ Dicẽdũ ꝙ tripliciter aliq̃d est in loco sicut in quarto huius dictum ẽ·s·circũscriptiue quo modo corporalia sunt in loco·qꝛ illa circũscribũtur loco·Alio modo aliq̃d ẽ in loco diffinitiue qꝛ·s·diffinit seu determinat se ꝑ suã operatiõem ad aliquem specialem locũ·et sic substantie sepate sunt in loco·Tercio mõ aliq̃d est in loco repletiue qꝛ·s·replet omnẽ locũ sicut ipse deus·Per hoc ergo dicendũ est ꝙ primũ mouens in genere quod est anima nobilis nõ est in loco circũscriptiue sed diffinitiue qꝛ ad mouendũ celum determinat se ad locum·et ideo est in loco circa celum et non in alio·quia substantia sepata ẽ ibi vbi opatur practice·Potest tñ textus iste intelligi de primo motore extra genus qui motor primus q̃uis non sit in circũferentia ꝓmi mobilis determinate sic ꝙ detẽminetur siue diffinietur ad illum locum est tñ circa illum locum ꝑ efficientiam motus·quia ibi efficit motũ circularem et nõ alibi·et sic dicimꝰ similiter ꝙ deus ẽ in celo q̃uis sit vbiq; qꝛ est in celo ꝑ glorificatiõem beatoꝝ·

Habet ãt dubitatio·

Hic mouet circa predicta vnam dubitatiõem que est ista vtꝝ aliquod mouens motũ posset causare motum vere continuũ absq; aliqua interruptione·Et videt phs ꝙ nõ·qualitercũq; etiam moueat·ꝛ ratio est qꝛ mouens qḋ mouetur non habꝫ eandem dispositiõem in seipso ad mouendum·et quia ex defectu mouentis dependet defectus motus necesse est motum q̃nq; deficere·Et ista ẽ cã quare anima animalis nõ potest semꝑ mouere animal qꝛ aĩa animalis mouet ꝑ accñs cũ aĩali

Determinatis autẽ·

Hic cõcludit principale intẽtum quod intẽdebat ꝑ totum tractatum·s·ꝙ impossibile est ꝓmũ mouens habere aliquã magnitudinem·et hoc sic probat quia si haberet magnitudinem vel illa esset finita vel infinita·nõ infinita quia illa reꝓbatur tercio huius·Nec finita qꝛ in magnitudine finita nõ potest esse potẽtia infinita sicut ꝓus ꝓbatũ ẽ Sed primũ mouẽs habet potentiã infinitam·qꝛ mouet motu infinito qꝛ per tempus infinitum·et motus infinitus nõ potest fieri nisi a virtute infinita sicut prius ꝓbatum est·primũ ergo mouẽs est indiuisibile non solum sicut pũctum quod est infra genus magnitudinis quia est de predicamento q̃titatis reductiue·Sed sicut omnino nullaꝫ habens magnitudinem·

Queritur Vtꝝ primus motor sit indiuisibil' et incorporeus·¶ Dicendũ ꝙ sic·quod ꝓbatur tribus ratiõnibus·Prima ẽ omne corpus ẽ mobile sexto huius·Sed ꝓmũ mouens taꝫ in genere qḋ est anima nobilis q̃ extra genus qḋ est deus ẽ immobile·ergo primũ mouẽs nõ est corporeũ·Secũda rõ est oĩe corpus est cõpositũ ex mãia et forma·qꝛ ex mãia aliquid hꝫ qḋ est corpꝰ·sic em̃ est subiectũ trine dimẽsionis·Sed ꝓmũ mouẽs nõ hꝫ materiã·qꝛ ꝓmus motor extra genꝰ ẽ purus actꝰ et ꝓmꝰ motor in genẽ ẽ sic actꝰ qꝛ nõ hꝫ materiã tãq̃ ꝑtem sue eẽntie q̃uis hẽat potẽciaꝫ·Tercia rõ stat in hꝰ primũ mouẽs ẽ nobilissimũ ens·gꝰ ẽ incorporeum ꝓbat qꝛ omne corpus aut ẽ viuũ aut nõ viuũ·et manifestũ ẽ ꝙ corpꝰ viuũ est nobilius non viuo gꝰ si primũ mouẽs ẽ corpus gꝰ hꝫ corpꝰ viuũ·s; in corpe viuo ẽ aliq̃d nobilius corpe·s·aĩa q̃ corpus viuit·cũ ergo ꝓmũ mouẽs sit nobilissimũ·sic non erit cõiunctũ corpi·et sic est incorporeum·

Arguitur Nullum incorporeũ est in loco·Sed primũ mouẽs ẽ

in loco·quia in circūferentia primi mobilis·ergo videtur ꝙ primū mouens sit corporeū· ¶ Dōm ꝙ dupl'r aliquid est ī loco·Uno mō circūscriptiue et sic ꝓcedit argumentū qꝛ sic nec primū mouēs extra genus nec in genere est in circūferentia ꝓmi mobilis·Alio mō aliquid est in loco nō circūscriptiue·Et sic distinguendū est de ꝓmo motore Quia vel intelligitur de primo motore proximo et sic est dōm ꝙ talis motor est in circūferentia diffinitiue·Alio mō potest intelligi de ꝓmo motore simpl'r et extra genus·et sic etiam prim⁹ motor est in circūferentia ꝓmi mobilis· nō determinatiue quia nō determinatur ad illum locū sed per efficientiam motus·Est tñ verum ꝙ magis ꝓpe intelligitur talis ꝓpositio de ꝓmo motore in genere·s·de anima nobili ꝙ̄ de ꝓmo motore extra genus qui est deus·Deinde considerandū ē ꝙ potest aliquo mō concedi ꝙ principiū motus circularis sit in centro nō quidē effectiue quia centrū nō efficit motum sed formaliter quia de rōe motus circularis est ꝙ fiat circa centrū immobile·ꝛ quicq̄d est de diffinitōne alicuius hoc est principium formale eius·

Arguitur Deo attribuūtur dimensiones q̄titatiue vt hic dextra tua dñe fecit virtutē·magnus dñs et laudabilis nimis· ¶ Dōm ꝙ ꝑtes corpales et dimensiones q̄titatiue pñt capi dupliciter·Uno mō proprie·et sic nō attribuūtur deo aliq̄ mō quia deus non dicitur magnus ꝓprie·s·ꝑ q̄titatem molis sed similitudinarie ꝓpter suam infinitā virtutē· Alio modo attribuitur aliquid deo metaphorice et similitudinarie ꝓpter aliquā ꝓprietatē que inuenitur simul in deo et in creaturis analogice tñ·et sic dicim⁹ deū habere oculos ꝓpter cognitionem·et etiam deus dicitur habere dexterā ꝓpter eius fortitudinem et sic de alijs·et sic hō quādoq; dicitur leo quia est fortis et virilis et q̄n; asinus quia est rudis·et sic de alijs ꝓprietatibus Et sic patꝫ ꝙ arestotiles cōcludit suū librū de primo motore qui est omniū primū principiū quod sit benedictum in secula seculoꝝ Amen.

Copulata ꝑdiligenti studio correcta circa octo libros phisicoꝝ Arestotilis Lāberti de Monte artiū ac sacre theologie ꝓfessoris iuxta doctrinam excellentissimi doctoris sancti Thome de Aquino ordinis ꝑdicatoꝝ hic feliciter finem habent·

Tabula.

Incipit directorium

in octo libros phisicoꝝ Arestotilis ad breuiter inueniendum titulos questionū iuxta numerū folioꝝ ānotatos.

Questiōes prohemia.

Prohemiū textus. vi

Primus liber. ix.

Scdus phico. xxxv.

Tercius phisico. lvij.

Quartus phi. lxxiij.

¶ Explicit tabula.

